This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

So 10.670.9

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND.

In 1858 STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), gave $5000, the income to be applied to "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

F. H. BOTHII

VINDICIAE OVIDIANAE.

F. H. BOTHII

VINDICIAE OVIDIANAE.

Class. B. 181

FRIDERICI HENRICI BOTHE,
PHIL. D. ET AA. LL. M., ARCHIDUCALI, QUAE JENAE EST, SOCIETATI LATINAE, ITEM TEUTONICAE BEROLINENSIUM, ADSCRIPTI,

VINDICIAE OVIDIANAE,

SIVE ANNOTATIONES

IN P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON LIBROS XV.

IN QUIBUS ANNOTATIONIBUS RECENSENTUR LECTIONES CODICIS MS. ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS.

ACCEDUNT

JOANNIS HENRICI VOSSII,
VIRI CELEBERRIMI,

LECTIONES ET NOTAE.

GOTTINGAE
IN LIBRARIA DIETERICHIANA
MDCCCXVIII.

4010.670.9

Salisbury Fund

JOAN. GUL. CAPOFERREUS

IN ANIMADVERSIONIBUS AD OVIDII MET. 10.

(VID. OVID. BURMANN. Vol. 2. p. 1099.)

In memoria habendum est, id quod viri doctissimi jam pridem testificati sunt, in neminem poëtarum plus sibi temeritatem sciolorum quorundam permisisse quam in hunc, ut cui, pro candore ac facilitate suâ uni omnium maxime inter manus versanti, facillime possent ineptiarum suarum scabiem affricare; quâ qui elegantissimum poëtam purget ac detergat, pristinoque suo nitori restituat, hunc plus illi conferre existimo quam qui, neglectâ corporis curâ, variis corruptelis atque incrustationibus, velut ulceribus, scatentem Commentariorum veste circumdet.

FRID. JACOBSIUS

PRAEF. ANTHOL. GRAEC. PALAT. Vol. I. pag. 71.

Non ii sumus, qui, quod ab eruditissimis viris interdum fieri videmus, lectiones, quae tolerabiles sint, mutandas tentandasve negemus. Tolerabiles autem plerumque vocant eas, quae argutis quibusdam ratiunculis aliquo modo explicari posse videantur. Talia multa sunt in his Epigrammatis, quae frustra tuearis, veriore lectione felici conjectura reperta.

PRAEFATIO.

Non tam moliri aliquid quam amoliri animus fuit in his Annotationibus conscribendis, nugas indoctorum et errores doctorum; quae rectae atque jucundae lectionis impedimenta pro virili amovens Ovidium si non ab interitu, certe a multa magnaque molestia videbar mihi vindicare. Et librarios quidem Nasonianos haud minus saepe quam aliorum veterum auctorum impegisse, fatentur omnes; illud non aeque facile intelligitur, magis interdum officere in hoc genere ingeniosorum atque eruditorum pravam diligentiam quam negligentiam stolidorum et ab humanitate abhorrentium.

Profuerunt autem mihi ad hoc quidquid est operis conficiendum cum lectiones codicis Ms. Berolinensis, de quo infra dixi fusius, tum, quas liberaliter mecum communicavit Joannes

Henricus Vossius, eclogarum Ovidianarum optimus in Germania interpres, Notae, Cnippingianae Metamorphoseon editionis exemplari passim a viro egregio adscriptae, in quibus Notis et alia praeclare animadversa reperi, et non pauca cum nostris plane convenientia; quae quidem poëtae doctissimo me non sublegisse sciunt, qui absolutas viderunt meas Animadversiones, antequam Vossii conspexissem. Et de his quidem sat scio gratiam ab omnibus doctis ingenuisque nos inituros; de nostris hoc tantum dicam, nihil nos in illis ad voluntatem locutos esse, omnia ad veritatem. Neque id novum acciderit scriptorum nostrorum criticorum lectoribus, quippe quod omnibus, quae in lucem emisimus, maxime sit proprium; neque offensioni esse bonis et sui judicii viris potest, potest malis et partium studio abreptis, quos satius sit se circumspicere, neque in sola obtrectatione gloriam quaerere minime invidendam.

Sed haec hactenus, jamque ad telam texendam nostram nos accingamus. Dabam Manhemii, mense Januario 1817.

ANNOTATIONES.

Codex Ms. Academiae Berolinensis, quem ad illustrandum opus Ovidianum adhibui, chartaceus est et formae maximae, continetque integrum carmen cum glossematis non ita multis, quae vel inter versus perscripta sunt, vel in margine addita leguntur. Exaratum fuisse librum seculo post Christum natum decimo quinto, nescio quis in inscriptione significavit; quem falli puto, quisquis fuit, codicemque, pura, quae dicitur, minuta compendiisque verborum perpaucis scriptum, ducentis fere annis antiquiorem censeo. Italum, certe ex Italico pendentem, haec et similia indicant: emonia pro Haemonia Metamorphoseon 2, 543; lichaon pro Lycaon 1, 198; mennonides pro Memnonides (nam id haud dubie voluit librarius) 5, 280; vis pro vix 1, 58. Versus recte distincti. Sed in nominibus, propriis praesertim, saepissime erratum est; quae errata ubique enotare operae non duximus; nec magis interpretamenta ista protrahenda in lucem omnia judicavimus, ut quibus cum alibi, tum ubi in allegorias abeunt, inscitiam prodere suam risumque paulo doctioribus debere soleat scriptor; qui tamen correctorem egit 1, 193; 6, 376; 11, 455, aliisque non-

nullis in locis, quae sciens praetereo. Nihilominus praestans hoc exemplar, cum optimisque saepe consentiens proprias quasdam lectiones (in his paucas egregias) habet, velut 1, 358; 2, 272, 279; 3, 34, 566; 5, 521; 6, 636, 675; 7, 853; 8, 827, 841; 9, 32, 123, 179, 213, 490; 10, 90; 13, 51, 188, 448, 794; 14, 172, 814, 851; 15, 431; quarum lectionum quia nusquam, quod sciam, facta adhuc mentio est, inde, nondum excussum esse *codicem*, *recte* mihi videor colligere.

I, 13. Codex, quem B. littera designo: nec margine longo Bracchia terrarum p. Amphitrites. 15. Quaque erat et tellus, i. e. p. et aier. 23. celum, et ita semper in similibus. 30. sua. 36. diffudit. 38. fontes, stagna imm. 41. proveniunt. 43. in rasura; subsistere. 50. utramque. 52. 53. I. iis a. q. q. e. p. t. Pondere aquae levior, t. e. honerosior i. De scriptura *hon.* pro *on.* vid. ad 2, 275. 57. Hiis. 58. Vis. 59. regat. 61. Nabateaque. 63. lictora, quomodo saepius librariorum more et pro tt infert. Cf. 7, 40. 64. Scythian S. triones. 66. assiduis. 69. Vis ita l. discerpserat. 70. Cum depressa d. m. l. s. ipsa. 72. animalibus. 76. capatius. 85, 86. Hos (vid. ad 2, 275) hominum s. d. deumque videre J. et ereptos. 91 - 93. minantia scisse A. ligabántur: — timebat — vindice. 98. Nec tuba. 99. erat. 100. gentes. 101. rastro, sed erasa est littera. 117. yemes. 120. astricta. 123. tunc. 125. illam. 132. dabat, quod sane concinnius. 134. insulcavere. 135. aure 142. Prodiderat. 152. Gigantes. 155. subjectum Pelion Ossae. 157. matrem. 158. Immaduisse. 159. suae st. monimenta. 165. B. omisit τὸ et. 166. Conciliumque. 173. habitat. 176. Palat.

regis. Et superscriptum: dei. 177. B.: & ubi m. Ejusmodi compendia rara in hoc libro. 183. parabat 187. circumsonat. 188. P. est. m. g., bene quidem, ne m duo concurrant. 190. tentanda, quam veterem ac probam scripturam minime posthabeam Heinsiano *tentata*, quod in uno tantum codice repertum hallucinantis fortasse descriptoris est, sicut 14, 517 *fugatas* pro *fugandas* perperam exaratum legitur in vulgatis libris, similiaque passim confunduntur. Generalis haec est sententia, et plene distinguendum post verbum *luco*, siquidem tanti non est illa asseveratio, se omnia prius tentasse, ut propterea per Stygem juret Jupiter; sed aptum juramentum, ubi se perditurum dixit homines; cujus consilii rationem continent verba *Cuncta prius tentanda* etc., sicut specialia generalibus confirmari solent. Infra 735:

"Inque futurum
Pone metus, inquit: nunquam tibi causa doloris
Haec erit!" et Stygias jubet hoc audire paludes.

2, 44:

— Quodvis pete munus: ut illud
Me tribuente feras. Promissis testis adesto
Dîs juranda palus, oculis incognita nostris.

Et sic passim. 191. E. r. est; nec temere spernam hoc quidem loco verbum substantivum, quamvis inculcari id solere a librariis probe sciam, quia facere videtur elisio ad rem pingendam. Cf. 721; 2, 286; 9, 129. 193. Faunique et Satyri et m. S. 198. lichaon.

206. Sic quidem B. quoque, nec sequente versu recedit a vulgatis libris. Sed haec ταυτολόγα, imo pugnantia: quia vbi murmurant, ibi

clamor scilicet non est, et contra *), proditque se suo ipsius indicio, tanquam sorex, suppositicius hic versus, ut qui mire vario modo scriptus legatur in codd. Reponendum censeo expunctis nugis:

Qui postquam voce manuque
Substitit et clamor pressus gravitate regentis:
Jupiter hoc iterum sermone silentia rumpit.

h. e.: Qui clamor, pressus voce manuque et gravitate regentis, postquam substitit: Jupiter etc. Clamor, quia confremuisse deos dixit 199. Possis et cui Jovi: vid. ad 15, 364. Synchisin non assemti cum hiare orationem male sibi persuasissent; pro captu quisque suo certatim, quae integerrima essent, supplevere librarii, sicut solent. Voculae *at*, *ad*, *aut*, *et*, *ut* et similes non semel confusae. Cf. 370, 696; 2, 429, ibique annotata; item 4, 92; 10, 301, 539 etc.

223. erat. 224. sompno. 226. Molosa. 231. dominum. 238. vultus. 239. imago est. 241. erinis.

242. omnis. 244. frementi. 249. terras.

255. totusque. 268. late. 269. F. f. et d. f. ab hectere n. 274. suo est Jovis. 281. et pro ac. 284. vias. 290 latent. 297. sors. 298. tegunt, 299. quo. 302. delfines. 307. sistere possit. 323. reverentior. 333. conchaque sonante. 334. τῷ flumina superscriptum in B : ventos, quod pertinet ad *flamina*. Sed hoc nihil opus. 337. ubi

*) Varro de Ling. lat. lib. 5. pag 57. edit. Scriver.: "Qui murmurat, ita leniter (nam sic legendum est, non *leviter*, sicut vulgo, confusione n et u litterarum frequentissima) loquitur, ut magis id sono facere, quam ut intelligatur, videatur.

pro ut. 340. recessus. 344. collesque. 345. descendentibus. 347. fronte. 348. apertum.

356. Haec. 357. etiamnunc. 358. exempta, quod minimè inelegans. Praeterea Quis et sequ. versu animus. 361. si te quoque p. h. 363. possem. 366. visum est. 368. inquirere.

370. sed jam. 377. pallebant. Cf. 10, 381; 14, 734. 379. Dic o dea Themi. 380. mitistisima. 384. rupitque. 390. Hinc Prom. 398. Discedunt. 405. coepta. 410. Q. solidum flecti nequit. 410. Que modo. 424. Aethereoque. 426. modo nata per ipsum. 428. humeris. 433. acta. 432. humidus, ut vulgo. Malim uvidus, quia praecessit humor. Haec saepe mixta. Vid. ad 2, 275. 433. acta. 435. alto. 438. Phiton. 441. B. quoque: H. d. arcitenens et; verum *sed* requirere videtur oppositio dei arcitenentis quidem, sed eius, qui hoc armorum genere ante in damis tantum capreisque usus esset. Causam erroris indicat Ciofanus ad 14, 476. Cf. 6, 374; 7, 512. Alioquin *et* accipi posset pro *et quidem*. Vide nos ad Plaut. Stich. 360. 445. posset. 447. domiti. 448. Hic. 453. Sors. 454. victo.

462. nec nostras assere laudes. 465. deo pro tibi. 478. adversata. 484. suffundens. 504. Peneia. 509. C. notent s. e. s. t. causa d. Recte, opinor, *notent*, quod et in duobus Ciofani libb. erat: ne versus quinquies illato s sibilet, et similiter incipientia verba *secent sentes* offendant, praesertim in ore ipsius Apollinis. 510. Moderantius. 522. herbarum est. 523. ei mihi. 529. impulsos. 530. Aucta fuga forma est, non eliso verbo et graviore, et in a longum exeunte; venustius quoque. Cf. 15, 217. 531. monebat. 536. strinxit. 537. conprensus ab ipsis. 541. fugacis, quod praetuli, quia *cervicibus* quoque ad

hoc commode refertur. 546, 547. In B. quoque hi versus praegresso antepositi. Correctionem prioris nostram non mirabuntur, quicunque codices inspexere, in quibus vocularum qui, quae, qua, quod compendia non ita raro miscentur.

548. occupat. 552. habent. 555. suis. Mirum, ni suis, non alterius, brachiis amplexus eam est. Lege suos, ab effectu: nam jam sui erant, h. e. in sua potestate. Cf. 2, 10; 3, 441; 12, 79. 557. quoniam conjux. 560. laetis. 561. longas v. C. pompas. 572. summisque adsp. silvis Influit. 575. in his. 580. Eridanusque s. l. Amfrysos. 588. V. a. p. r. J. illam. 591. Aut horum n. aut horum monst. u. 598. lincaea. 604. sensit.

606. totiens bene nosset. 617. abdicere. 618. suspectum est. 623. furtis. 624. aristoridae. 628. loco. 629. adversus. 632. arboreis e. a p. erba. 633. P. thoro t. gramen non semper hab. 637. Conata. 640. undis. 641. ut seseque. 642. Naiades. 647. supersint, quae vulgata ante Ciofanum lectio, nec deterior ab Heinsio receptâ *sequantur*, cui simile *loquatur* sequente versu, cum illius sono et forma variatis delectetur sensus. 656. altaque (vel altoque: nam rasum est) t. s. ducit. 659. generisi. 664. mourentem s. summovet. 677. Correctum in B., dubium an ab eâdem manu, quâ cetera scripta: vehit. Dein: adductas. 678. artis pro At tu. 679. consistere. 685. somn. ev. moll. 690. amadv. 694. ipsamque. 696. F. ut posset credi. 699. praecinxit.

703. Venerat. h. illam. 705. P. conprensam s. dum S. p. 706. calamos. 710. consilium. 719. praeructam (h. e. praeruttam; agnosceres Italum) s. rupem. 721. Exstinctum, centumque etc., omisso *est*; minus quidem bene. Vid. supra ad 191. 725. herinim. 743. nisi formas. 747. Tunc

d. niligena. 751. feton, quemadmodum fere Mss., vel pheton. 761. assere, et sic passim in ejusmodi compositis. 764. Tradere. 773. N. l. patr. lab. est.

II, 1. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Ita quidem et B., nec me fugiunt, quae similiter ταυτολόγα proferri solent cum ipsius Nostri, tum aliorum scriptorum loca, sed ea, quae ipsa quoque depravata videantur, velut Trist. 3, 1, 59, ubi *longis* legam pro *celsis*, sicut gemello isto loco Met. 7, 587, ubi contra codex unus Moreti *celsis* exhibet pro vulgato *longis*. Quod reponendum suadeo h. l., *apta*, id illis comprobatur, quae monet Ernestius in Clav. Ciceron. v. aptus. Nec semel titubatum in hac voce: vidd. Ciofan. ad 2, 583; N. Heins. ad 4, 181, 254; Burm. ad 1, 681; 4, 560; 8, 795. Scripserint primum abta, mox alta, sicut commutari inter se solet p et b, b et l litterae, ob soni illae, hae ob figurae similitudinem. Vel Italus descriptor pro *apta* forte dederit *atta*, ex quo *alta* fabritus nobis fuerit pejor corrector. Utut est, vulgata mihi videtur laborare. 5. B. Materiam. 10. suis. Malim feris: nam feri haud dubie sive immanes lacerti Aegaeonis. Vid. ad 1, 555. 11. videtur. 14. Non div. 18. destris. 19. Quo postquam clivo. 24. smaragdis. 36. si das usum mihi nominis hujus. 39. et hunc animis errorem detrahe nostris. Sic B. et omnes libri; nihilominus male, siquidem, Phoebus progeniem haud inficiandam quem appellarit, et a quo pater et genitor resalutatus fuerit, eum etiamnum errare se dicere circa genus suum, impudentis impiique est. Neque Phaëthon sibi ipsi hunc errorem eripi cupit, sed populo, ut

qui dicat in superioribus: Pignora da, genitor per quae tua vera propago *Credar*. Quae sequuntur Phoebi verba *Quoque minus dubites* non eo pertinet, quod adolescens addubitet patrem deum, sed quod matrem Clymenen, de qua incertum se esse significavit, an non "falsâ culpam sub imagine celet." Legendum itaque puto: hunc animis errorem detrahe nostri; nostri, h. e. eum, qui circa nos erratur. Vid. G. J. Vossii. Syntax. lat. pagg. 16, 39. Paulo insolentiorem genitivum mirati librarii mutasse videntur, quae non intelligerent, versumque se dignum leoninum procudisse. 44. sequ. et illud Me t. feres. 55. conveniunt. 57. possit pro fas sit.

74. ages. 76. urb. deorum. 104. premit. 108. et radiorum. 112. Prospicit, e. v. nitido p. a. o. 116. Tum, quod fuisse videatur Cum, sicut haec verba saepius miscentur; nisi verisimile est aberrasse oculis librarium ad 122., indeque illa huc transtulisse. Quare in Heinsii correctione Ut pariter acquievi, de qua Cf. nos ad 1, 206. Frequentissimus usus τοῦ pariter apud Nostrum, similia sectantem: vide 505, 601, 674, 754; 3, 426; 5, 267; 6, 504; 7, 637, ubi sine causa *parili* reponit Heinsius; 8, 208; 10, 678; et bis illatum 6, 717 sequ.; 8, 324, 759; 10, 722, sicut et Virg. Aen. 10, 756. 126. parentis. 128. volantes, quae vulgata ante Heinsium lectio, nec mala illa: cf. infra 153, 159, 234; 4, 245, et laudatos viro celeberrimo Silium 16, 321, Statium Theb. 7, 82. 129. direptos.

130. Septus. 132. Effugit, ut plerique omnes codd, et recte, h. e. evitat, sicut passim haec et similia verba fugere, effugere ad res inanimas transferuntur. Hoc nescientes boni monachi de suo suffecerunt effugito, quo nexus orationis

tam male interrumpitur, ut mirer callum alias valde irritabilis Heinsii, qui id in ordinem recepit. Scilicet hoc dicit Phoebus, esse viam tres inter zonas medias curvatam, quae via ab utroque polo distet (polumque effugit australem, junctamque aquilonibus Arcton, h. e. et polum austr. et Arcton effugit): hac iter faciendum esse Phaëthonti (Hac *sit* iter: nam ita quoque legendum, non *fit* ex uno Norico Heinsii, sicut ante dixit Nec tibi directos *placeat* via quinque per arcus). 133. sit, recte: vid. praegressa nota. 135. aera pro aethera, quae centies inter se permutantur in codd. 138. ad anguem. 144. Poscimur. et fulget. 147. etiamnunc. 159. scindunt. 165. insueto v. d. in aëre s. 166. inanis; sed correctum. 172. tingi, recte. 179. patentes. 183. Jam cognosse, quemadmodum haec et similia agnosse, cognosse, amplexus, complexus saepissime mixta sunt propter vicinitatem a librariis. Et istud quidem ab Heinsio praelatum *Jamque agnosse* ut meliorum librorum sit, melius certe non videtur, sed longe concinniorem censeo vulgatam lectionem *Jam cognosse*, nervosiorem quoque illam exclusa copula, quae frequentior hoc loco est, quam ut sine necessitate inferatur. Cf. similem locum 3, 717 sequ. Fieri autem potest, ut ipsum illud *Jamque agnosse* ortum sit e vulgato *Jam cognosse* sic scripto Jam quognosse, sicut c et qu passim alterum in alterius locum successisse constat; qua de re dixi ad Plaut. Amph. 510, Bacch. 358, 1055, Cas. 449. Noster infra 501: Et *cognoscenti* similis fuit; et 11, 623: *cognorat* enim. Virgil. Eclog. 4, 60: risu *cognoscere* matrem etc. 187. relictum est. 189. fatum. 196. Scorpius. 201. summo — tergo. 207. propriore, et sic

fere labitur in hoc vocabulo descriptor. 212. arbor.

218. tunc. 222. nuribus. Vid. ad 13, 209. 237. Tunc. 238. sparsis. 240. Amymonan, E. firenidas u. Vid. ad 4,398. 246. maeander. 250. alpheus r. Spercheïdos, sicut e et o saepius miscentur: cf. 4, 1; 7, 75. 252. celebrabant. 255. hostia. 257. Sors — Strumone. 259. Thybrim. 267. focarum. 269. undis. 271. ignes. 272. A. velut fuerat Tellus circumd. p: 273. contractosque, ut vulgo usque ad Batavum emendatorem, qui pauperat poëtam, dum *contractos* istud meliorum illi perperam hac quidem in parte visorum codicum nobis obtrudit, scilicet "ut", ipsum audis, "aquas pelagi innuat constare ex fontibus undique contractis." Quo frigidius fingi nihil potest; id quod sensit etiam doctissimus Gierigius in editione hujus carminis. Sed ita passim plus justo libris suis tribuit vir calidior, novarumque in hoc genere rerum studiosior interdum, quam conducit.

275. omniferos, quod nihil aliud, puto, quam orriferos, h. e. horriferos, ut tres vett. apud Heinsium. Proba vox et apta, prae qua facile contemnam ista vel aliorum codicum vel ipsius Heinsii *amniferos*, *auctiferos*, *herbiferos*, *herbiparos*, *igniferos*, siquidem haec omnia terrae conveniunt, *vultibus* Telluris, h. e. personae, non conveniunt, nisi forte in aliqua figura monstrosa earum, quae vocantur Arabicae. Tò h perperam nunc addi, nunc omitti *) solere a

*) H littera perperam omissa nusquam majores turbas dedit, quam apud Senecam Medeae 746., quo loco cum legatur in vulgatis libris, proculcato quidem metro:

Gravior poena sedeat conjugis socero mei, in Florentino autem codice habeatur *Graviorum*, ceteris im-

librariis, secundum Barthium Adverss. 5, 9, et Palmerium Spicil. Lamp. Gruter. 4, pagg. 694, 726, 857, cum passim in his Notis monui, tum ad Plaut. As. 24. et 492; n vero (qui vicinum m: Cf. 615.) et r persimilia esse in Mss. septimi et duorum sequentium a Christo seculorum, in vulgus notum; quanquam *orriferos* (h. e. more Italorum scriptum *horriferos*) etiam pro compendio τοῦ *omniferos* (*oniferos* dico cum apice supra n) facile haberi potuit, quo errorum genere scatent libri. Vid. A. F. Pfeifferi, viri litteratissimi, librum germanice scriptum über Bücherhandschriften p 203. 277. paulum obsedit. 279. Si p. et merui, cur, o tua f. c. 281. levare. Et sic quidem et ceteri libri, qui quidem innotuere, omnes. Sed cuinam, quaeso, placeant unius versus quinque vocabula e littera terminata? Levare igitur pro levari exaratum puto, qui quam proclivis sit lapsus, docent interpretes ad 12, 546. Cf. et 4, 61, ubi similem mendam deprehendere mihi visus sum, et 14, 146. 283. tustos. 286. vulnera. Burmannus: "*Vulnus*," inquit, *aratri* etiam Berneggerianus. "Quid igitur? num hoc arripiamus? Minime vero, nec poëtae judicium ineptiae posthabeamus librarii, lévia sectantis verba in re aspera. Vid. ad 1, 191; 7, 344; 8, 821; 10, 190; 11, 572;

mutatis, rescribendum haud dubie sic est, versusque ante 750. inculcandus:

Gravior *horum* poena sedeat conjugis socero mei.

Exaratum forte scriptura continua *Graviorerum* pro *Graviorhorum*, alterum *or* omittente librario, peperit nobis istud *Graviorum*, quod secedens nescio quis corrector sedulo mutavit in *Gravior*. De Sisypho nugae. Significatur Creon, cui ut poena gravior horum omnium quos enumeravit, sceleratorum apud Inferos, *fixa medullis sedeat* (H. O. 450.) optat Medea. Aliorum, in his ipsius J. F. Gronovii, commenta vel omnino vana, vel ea, quibus item numeri evertantur.

14, 195. 291. frater? illi cur etc. venusta positione verborum, neque ineleganter producta ob caesuram posteriore syllaba verbi frater; quam figuram metricam illustrat. N. Heins. ad 1, 114; 9, 405; cf. Wasii Senar. cap. 5. nos ad Terent. Eun. 215, Plauti Amph. 483; infra 3. 645; 7, 644. 295. uolauerit, h. e. violaverit. 296. acthalas pro Atlas. 301. neque enim. Sic etiam B., ut ceteri omnes libri. Sed quid attinuit, nudis id verbis denuo inculcari hoc loco, quod supra 272–278. eloquentissime dictum esset? et cur non posuit Haec dixit Tellus, si nihil voluit nisi Terram sic locutam esse? quanquam plusquamperfectum perfecti interdum vicem sustinet, neque solum apud Plautum Terentium et priscos latinae linguae auctores, de quibus monui ad Plaut. Amph. prol. 81, verum etiam apud recentiores. Noster supra 1, 367: *Dixerat*, et flebant. Infra 8, 859:

Quae modo cum vili turbatis veste capillis
Littore in hoc *steterat* (nam stantem in littore vidi),
Dic ubi sit.

9, 77:

Dixerat, et summo digitorum vincula collo
Injicit.

12, 441:

Chthonius quoque Teleboasque
Ense jacent nostro. Ramum prior ille bifurcum
Gesserat, hic jaculum.

Ad quam faciem unus Mediceus 13, 768:

Caedis amor feritasque sitisque immensa cruoris
Cesserat, et tutae veniuntque abeuntque carinae,

quam lectionem minime spernendam duco, cum et elegans sit et ea, per quam versus numeri, vulgato *Cessant* aliquantum depressi, erigantur. Sic et Horat. Ep. 1, 4, 7 *dederant* servarim, neque J. Livinejo assentior *condiderunt* reponenti Propert. 3, 10, 65, et *exciderunt* ibid. 4, 7, 15 et Stat. Theb. 7, 801. Sed hoc quidem loco frigida ista ratio, ut rescribendum potius existimem:

Dixerat haec Tellus, *neque jam* tolerare vaporem
Ulterius potuit.

Supra 231:

Et *neque jam* cineres ejectatamque favillam
Ferre potest etc.

6, 52:

Nec monet ulterius, *nec jam* certamina differt.

Ibid. 366:

Distulit ira sitim: *neque* enim *jam* filia Coei
Supplicat indignis.

Neque aliter legendum 4, 609, quo loco item putide vulgatae edd.:

— — genusque
Non putet esse Jovis: neque enim Jovis esse putabat
Persea.

nam minus placet, quod Heinsio, *sed nec* (vel *nam nec*) Jovis e. p. P., utpote a scriptura codicum longius recedens; cui si quis propius etiam hoc loco aliquid quaerendum putet, ei auctor sim ut legat:

Dixerat haec Tellus, neque vim tolerare vaporum
Ulterius potuit.

quomodo Noster 11, 631: neque enim ulterius tolerare *vaporis vim* poterat, et aquai vim Lu-

cretius 1, 286, ardoris, 5, 180, similiaque passim et hic et alii, Graecos secuti, usurparunt: nam u et n quam vicina sint *), ipse adspectus docet (cf. 615, ubi nec non codd. pro nervum); et nequeuim in scriptura continua, in qua bis illatae, litterae semel tantum perscribi solent **), facillime haberi potuit pro nequenim, h. e. neque enim, quo semel posito *vaporum* de industria mutari et sententiae, quam sibi perspicere viderentur librarii, accommodari, fuit consentaneum. 313. exuit.

314. Consternuntur. 322. Sed si. 329. Jam pater.

340. elyades. Vid. ad 275. 346. quis phetusa.

351. Evellit. 356. trahit, ut legebatur ante cognitos Heinsii, quos dicit meliores, libros; et bene quidem. Virgil. Aen. 5, 709:

Nata deâ, quo fata *trahunt retrahuntve*, sequamur;

non trahant retrahantve. Et sic passim. 358. evellere c. temptat. 359. Sed t. m. r. abrumpit.

---

*) Hujus ope observationis non pauca scriptorum loca nullo negotio curantur; velut istud *maneat* Octaviae 761. nec qui fuisse putarunt *manet*, nec qui *monuit* pro eo suadent, rectam viam institisse mihi videntur; sed reponendum, me judice, est:

— precibus piis
Superos adora, *mi abeat* ut praesens metus,

quemadmodum alibi in his scriptis legitur *abeat expulsus pudor* (Med. 900), *Tacita sic abeant mala* (Herc. fur. 1186), *Abeant questus; discede timor* (Thyest. 881.), similiaque apud alios. τὸ b in *abeat* cum in n, et hoc porro in n, versum esset, pro *mi aneat* scribi coepit, opinor, *maneat*, quemadmodum apud Senecam Herc. Oet. 1181. *potuisset mihi* pro *potuissem hei mihi*, de quo loco vide quae J. F. Gronovius, cujus verba infra posui ad 15, 69.

**) Huc pertinet Herculis Oet. 811, ubi vulgo libri: et *parum* sui Poenae reliquit, cum legendum haud dubie sit: et *parvum* s. P. r., id est parvam partem.

360. corpore. 362. laceratur. 372. silvasque s. auctas.

374. longumque a p. coll. 376. velat. 382. orbi, sed in rasura. 390. tentet. 394. circ. num. Sol. Omnia. 398. amentes. Sic et B., sed amentes adeo pavere non solent, ut potius periculosissima contemnant. Nec placet versus leoninus.

Colligit *amentes* et adhuc terrore *paventes*, etsi non me fugit notissimus ille.

Quot coelum stellas, tot habet tua Roma puellas, cujus similes habentur in hoc ipso carmine, velut 3, 89; 6, 89, 555; 7, 578; 9, 620; 10, 40, 516 etc. *) Librarius dum forte vicinas syllabas inter se permutat (vid. ad 15, 364.), pro *errantes* dedisse videtur *arrentes* vel *arentes*, cujus loco amentes nescio quis corrector reponens pugnasse se ratus fuerit. Certe aptissimum *errantes*. 399. dolens. 401. numina. 405. Prospicit. 412. positas v. c. cui fib. 413. Victa (vid. ad 1, 63) coercebat. 421. imposita p. c. tegebat. 422. fexam. 429. ridet et audit, quasi prius risisset quam puellae verba audisset Jupiter; quod ineptum est. Sic tamen libri, ut passim *et* pro *ut*, et contra, scriptum in iis reperitur: cf. 1, 206 cum nota; infra 468; 6, 566, ibique Heinsium; 9, 478. 437. hectera. Vid. supra ad 275; 1, 63. E pro ae quibusdam aevi medii seculis scriptum esse, nemo ignorat. Omissa igitur, ubi ponenda erat, et contra non suo loco posita h littera, t autem male geminato, librarius ille, quisquis fuit, quem hic noster secutus est, lectoribus suis hettera propinaverat, cujus in locum mox simile hectera successit. 454. venatu et frat. 465. cetu. 468. B. cum ceteris

*) Rarissime sic Virgilius, velut Eclog. 8, 80, qui versus vulgaris cujusdam carminis fuisse videtur.

praeter Lovaniensem (qui: nam jam, puer): et jam p. Legendum: ut jam , h. e. postquam j. p. etc. Vid. ad 1, 206. 474. tibi namque f. Cf. 664. 475. quare placeas. 476. adversam pr. de fronte. Fortasse Hic reliquerat:

Dixit, et adversa prensis dea fronte capillis
Stravit humi pronam.

9, 317:

Ridentem prensamque ipsis dea saeva capillis
Traxit.

482. precantia. 487. tendit. 489. quotiens. 497. ferens natal. 498. Dum sequiturque feras. 499. Erymanthidos. 506. Substulit. 513. hic. 514. Mentior 519. prosum laesa nocendo. Prosum fortius τῷ prosim, quod ex uno Rottendorphiano arcessivit Heinsius. 520. O ego.

524. quod in ante foronide. Cf. 13, 857. 825, 6. expulsa (sed hoc a secunda manu) ducit Jun. m. Collocat, quae item subjunctivis nervosiora Heinsianis. 527. lese tangit cont. alumpnae. Verba venustius collocata. 541. Qui, sed τὸ ui in rasura, ut fuerit fortasse Quoi. 543. emonia 547. tempdebat.

552. condam. Vide nos ad Plaut. Bacch. 358, 1055, Cas. 449. 555. B.:

— gemino de Cecrope natis
Servandum dederat, sua ne secreta viderent,
Servandum dederat, sic inconfessa quid esset,
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.
Abdita etc.

Alii codd.: Servandam d., sed inconf. q. e.; sed enim inconf. q. e.; sed non confessa q. e.; nec eis conf. q. e. Vide, quantas turbas dederit uniús voculae prava scriptura! Scilicet proximo versu pro *Ac* forte scriptum *Hac* (vid. supra ad 275), mox *Hanc*, quod legitur in Vaticano, Urbinate

et sex aliis (sicut *Hinc* item pro *Ac*, ni fallor, exaratam 7, 398), ansam praebuit inserendi versus supposititii, qui orationem hiantem visam sarciret, quo facto *Et* pro *Ac* scribi coepit in sequentibus. Eo versu excluso, sicut nec conspicitur in quatuor libris, legendum sine controversia:

Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actaeo textâ de vimine cistâ,
Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Ac legem dederat, sua ne secreta viderent,

h. e., usurpato hyperbato: Pallas Erichthonium virginibus istis dederat ac legem, sua ne s. v. Similiter 10, 50:

Hanc simul *et legem* Rhodopeïus accipit heros.

Quodsi hoc quoque loco *simul* vel ejusmodi aliquod vocabulum addi vel placuisset poëtae, vel per versum licuisset, praecisa fuisset omnis admirationis materia. Verum sic ille nonnunquam, brevi loquentia sibi alias inusitata, velut etiam 4, 767, qui locus est e vexatissimis, et in quo secandum sibi putaverit Heinsius; ad quem locum vide quae annotamus. 560. et intus. 567. hoc licet ex ipsa P. q., ruente versu, quod miror non advertisse correctorem. 570. f. egregia virgo. 575. adsumsit pro absumsit, b littera forte versa; quod vitium satis frequens in codd.: cf. infra 664; 3, 465; 13, 104. 579. Mota est pro virgine Virgo. Sic codd. recte. Virgo, vel Virago, Παρθένος, Minerva. 14, 468:

Naryciusque heros a Virgine virgine raptâ
Quam meruit solus poenam digessit in omnes.

ubi non erat quod conjecturam experiretur Hein-

sius. 583. imas, sicut ceteri. Sed legendum *inam*, siquidem pluma radices imas agere in cutem non recte dicitur propterea quod in superficie animalium est cutis; sed in imam cutem recte: nam inde plumae crescunt. Miscentur autem m et s finalia: vide nos ad Plauti Men. 590.

592. tenuisse, sed in rasura. 600. amantis. 604. totiens, ut semper, sicut et quotiens. 605. transjecit. 607. puniceo perfundit. Recte *puniceo*. Forma *Poeniceus* non esse mihi videtur aevi Ovidiani, sicut neque in Virgilio conspicitur. 615. nec non pro nervum, omissa copula. Nervom fortasse fuit in autographo. Donatus ad Terentii Andr. 1, 2, 2: Davus non recte scribitur; Davos scribendum: quod nulla littera vocalis geminata unam syllabam facit, et quae sequuntur. 620. Vidit. 621. Tunc, ut semper. 632. consistere. 636. cayci pro Chariclo. 639. Et did., h. e. Edidicisse.

640. vaticinos, sicut et ipse Noster alibi et Livius, ne ἅπαξ λεγόμενον arbitremur; id quod fecisse videtur optimus Nicolaus. 642. totoque.

657. pervertunt, inq. mea f. 658. praevertitur. 664. namque. Cf. 474. 666. fuerunt, sonantius exeunte versu. Et sic vulgo ante Heinsium. 676. dederunt. Vid. praegressam notam. 679. elim messeniaque.

681. T. o. fuit baculum silvestris olivae. Ceterorum veterum alii: T., onus dextrae baculus silv. olivae; alii: onusque fuit baculus silv. olivae; nonnulla exemplaria quae minus castigata videbantur Heinsio: onusque fuit dextrae silvestris oliva; quibus omnibus contemtis, Florentini S. Marci, secundi Palatini, codicis veteris, quo usus est Politianus, excerptorum denique libri Leodicensis lectionem in medium Batavus

protulit hanc: onusque fuit baculum silvestre sinistrae; neque aliam admittere sensum dicit dux ille gregis. Miror profecto judicium viri, alioquin acutissimi, miror aures; judicium, quod haud animadvertit, falsum esse istud *sinistrae*: siquidem baculi aut virgae, quibus non decoris tantum utuntur, sed serio, quemadmodum hic Phoebus pastor, infra 735. Mercurius, non sinistra manu gestantur, utpote ad agendum minus idonea, sed dextra; aures, quod, non offensus similibus istis sibilantibusque verbis *silvestre sinistrae*, pluribus scripturis, quas offerebant minus, ut quidem putabat, boni libri, visorum sibi omnino optimorum pessimam praetulit. Habentur quidem, fateor, ejusmodi κακόφωνα in poëtis, praesertim Nostro (cf. nos infra ad 10, 187.), cujus haec sunt *Melicerta lacertis* 4, 521, *scintilla favilla* 7, 80, *Aurora timori* ibidem 721, *Averna paternos* 14, 105, *parte reperto* ib. 398, *septemflua flumina* 15, 753; quibus vicinum Maronis istud *Scylla capillo* Georg. 1, 405, Senecae *horrida torridis* Herc. Oet. 136; nec vel leoninis, qui dicuntur, versibus Hic abstinet, id quod supra ostendimus ad 398, vel eodem modo exeuntes spernit, quales sunt, 1, 67, 68, 682, 683; 2, 22, 23; 10, 300, 301; 14, 411, 412, aliique complures, et apud Virgilium Eclog. 4, 50, 51; 9, 11, 12; in quibus omnibus, sicut et in istis *Semivirumque bovem, semibovemque virum* *), — *Si te modo pontus haberet*, Te sequerer, conjux, et me quoque pontus haberet 1, 361, et in acuminibus, qualia infra attigi ad 10, 187, similia quaesivisse mani-

*) Imitatus hoc est Sannazarius Eleg. l. 2. p. 116. sub initium, cum dicit: Semideusque caper, semicaperque deus.

festus est vir argutulus nimiumque sese amans; sed libris non variantibus ferenda ista sunt: hic vero nonnullorum codicum lectio recipienda illa *onusque fuit dextrae silvestris oliva*, ut quae non ad sensum modo recta sit, dextrae gestamine suo reddito, et elegans dicta arbore pro baculo ex ea facto, verum etiam variato gratoque sono aures demulceat, itaque, quae singula saepe sufficiunt ad stabiliendam lectionum fidem, ea omnia in se conjungat. Nam quod censoria quadam virgula notabat Heinsius exemplaria, in quibus sic legebatur, sentiebat is quidem cum Cicerone, qui De orat. 2, 24: "Ubi," inquit, "plus" mali quam boni reperio, id *totum* ab judico atque ejicio; nec sane dubium mihi est, quin generatim spectantibus et Florentino et similibus nonnullis postponendi recte visi fuerint isti libri; neque horum auctoritate detraho; verum quoniam et optimi interdum falluntur, neque ullus liber, ut Plinius major dicere solebat, tam malus est, ut non aliquid in eo boni reperiatur: accipiendum dico quidquid utile offerunt codd., nec quidquam antiquius esse debere veterum scriptorum editoribus veritate. 684. pelios. 687. ni. 688. vocabat. 691. et illi. 696. loquetur, quae est antiqua lectio. 701. J. s. pariter dab. 716. milvius. 729. accipit ignes, magis variato sono. 735 somnum. 758. Ingratumque d. f. jam ingratamque. 759. poposcerat. 770. pigras. Sed notatur alibi legi pigre. 773. deae, sed in rasura; in margine: ima. 774. toto est. 778. fecere. 779. vigilantibus. 785. locuta est. 788. successorumque, ut Vivianus emendabat. Vid. Heins. 790. vincula B. quoque, et recte, puto, nec male *juncea* vincla Fast. 4, 870. comparat Burmannus. Quanquam

de thyrsis potius cogitasse mihi videtur Noster, et quemadmodum hi pampini foliis cincti erant, ita spineis vinculis vel sertis cinxisse baculum Invidiae, tanquam Bacchae alicujus ἀβακχεύτου. 792. papavera. 795. Ingenuis — nitentem. 802. caussae spatium. 809. lenius. 821. Flectitur. 830. habebat, sed in litura. 831. diriguerant. 855. posses. 863. ah. 866. mox pectora. 867. pulsanda. 870. Cum.

III, 3, natam, ut plurimi codd., et melius quidem propterea, quod Agenor *ignarus* dicitur, hoc est nesciisse raptum filiae. 29. Et specus, quomodo ante Heinsium legebatur, qui quorundam librorum lectionem Est specus meliorem judicans recepit, male, siquidem post verba Silva vetus *stabat* non *Est*, sed *Erat* specus temporum requirebat consecuti. Nunc ἀπὸ κοινοῦ repetendum *stabat*, cujus verbi quam late vis patet, vel lexica docent. Non semel autem *et* cum simili *est* commutatum est in libris, velut Liv. 7, 40. vulgo legitur: ventum *est*, arma etc., cum legendum sit: "Ubi primum in conspectum ventum, *et* arma signaque agnovere: extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit;" et contra Senecae Troad. 866. *Et* auspice Helena dignus pro *Est* a. H. d. habetur in Fernandi et Cajetani editionibus principibus, quae ex libris Mss. expressae sunt. 31. ubi, h. e. quâ in Silva, et quidem antro conditus. Longe haec tantum non omnium librorum lectio concinnior unius Neapolitani ab Heinsio arrepta *hoc* quae correctorem sapit.

34. Tresque. Ita et B., sed malim sane copulam abesse, cum cetera hoc loco ἀσυνδέτως efferantur, more scriptorum in hoc genere;

quae quidem copula addita mihi videtur esse metri causa ex quo micant pro vibrant scribi coepisset. *Vibrant* dilucide noster codex, quemadmodum in Gryphianae, Micyllianae, Bersmannianae editionum marginibus legitur, ut de scripturae huius fide non sit amplius dubitandum. 36. undis. 37. longo. 39. undae.

42. immenso. 48. amplexibus, ut major scriptorum pars; et ita Tullius de serpente Divinat. 1, 36. Ea voce postliminio recepta etiam unum o lucramur, qua littera justo plenior hic versus. 49. afflatu funesta.

52. direpta. 56–58. In hoc loco emendando (nam corruptus sine dubio est) plane sequendum mihi vidi Heinsium, ut qui verba *corpora* et *tergora* nonnunquam misceri sciam a de scriptoribus, velut 10, 128, ubi vid. Heins., *corpora* vero pro *pectora* exaratum tam saepe inveniri, vt fere, utrum horum quoque loco ponatur, res sit editorum arbitrii: cf. 9, 581; 10, 71 et ibi Ciofan.; ibid. 253, 368. 60. Sust. et magno conamine misit in hostem; sed in margine notatur *magnum*, tanquam omissum ante *magno;* quae venuste componuntur Graecorum more; id quod non assecutus Schepperus apud Tan. Fabrum Epist. lib. 2, 71. frustra turbat. 65. vicit.

66. Q. m. sp. lent. curv. f. 67. totum d. in i. ferrum. 71. haesit. 73. Causa. 76. herbas. 78. astat. 80. perturbat. 81. paulum, et sic semper codex uno l. 84. figitque. 90. viscera, ut minime lapsus memoria existimandus sit Gifanius, cum sic legi h. l. dicat in Indice Lucret. s. v. In. 99. diu. Sic omnes codices. Sed *diu* sistetit Cadmus pavidus: locus non est τῷ Ecce, quo *repentinum* aliquid indicatur, ut certatim monent

grammatici et Regius ad 101. Legendum censeo deûm pavidus, quomodo timidus procellae Flaccus, securus amorum Virgilius, trepidi rerum suarum Livius dixere. Vid. G. J. Vossius Syntax. lat. pag. 21. Audita ista voce metus aliquis deorum percussit Cadmum. Persimile autem *diu* verbo *deum* per compendium scripto (deû), praesertim p sequente, quod non ita raro cum m littera confunditur, quemadmodum 13, 696 pro vulgato *parte* Neapolitanus *monte* habebat in diversis lectionibus, et *Omnia*, ni fallor, pro *Optima* scribendum est 15, 235: ut verisimile fiat, m finale τοῦ *deum* tractum fuisse ab sequente *pavidus*. Haud melioris notae istud *diu* 13, 940, quod merito displicuit, libris etiam variantibus, Heinsio. Confer. cum his locis 5, 264; 5, 510, ubi veram vim suam obtinet adverbium. 112. vultus. 122. impia pro omnis. 124. vitae spatium, non collidentibus duobus s in verbis *brevis* et *spatium*.

125. tepido plangebat. 127. humo, h. e. in humum, non male, sicut It clamor coelo et similia passim leguntur. Cf. infra 695; 8, 104; Virg. Aen. 2, 36, et grammaticos. 130. jussus. 144. medius rerum. 150. invecta, sicut saepissime e et in, per compendium scripta, praepositiones miscentur. Sequor igitur h. l. et plures libros, et Virgilium Aen. 12, 77, quem expresserit Noster, sicut saepius fecit. 156. saera, ut fere codd. 178. nudae viso. 186. quamvis, sicut Ciofani et Leidensis, bene, ne m praevaleat. B. quoque turba stipata, sine isto *est*, quod durissimum sequente *stipata* quaedam edd. perperam obtrudunt, recte illud exclusum a Burmanno.

200. Ut v. vultus et corn., sed *vultus* in litura. 206. Cum dub. 213. ferox, et ita libri. Heinsius: "Scribe," inquit, "*fero apro*, quicquid scripti codices pro vulgata lectione certant. lib. III. Amor. 40.

Et ferus in sylvis farra metebat aper.

Feroces apros etiam alibi vocat." Quid est pro imperio mutare, si hoc non est? Mordicus retinendum *ferox*. Sic alius horum canum valens, alius trux, rursus alius vel naribus utilis vel praevalidus vel cursu fortis aliterque dicitur, ut taedium nudorum nominum minuatur. Praeterea dissimillimis inter se moribus sunt canes, sed apri omnes feri, ut tale epitheton illic sententiae addat aliquid, hic fere otietur *Ferox* etiam in bonam partem cum alibi usurpatum legitur, tum 5, 35; 8, 305; 13, 357; 14, 616. 215. hapteita pro Harpyia. 217. nepte pro Sticte. 222. meneus. 225. Quosque. 227. secuntur. 240. pronis supplex. 242. latratibus, vt fere vetustiores. 245. et abesse. 250. dominum falsi. *Falsâ* alii codd. vitato ὁμοιοτελεύτῳ.

251. 252. Comparent hi versus in B. quoque, sicut nullus etiam codex iis caruit. Qui versus cur ab inscita manu profecti visi fuerint Heinsio abjiciendique tanquam foedissimus cento, non habeo dicere. Sermo quidem et latinus est et Ovidianus; numeri venusti. Similibus *finita vita*, *pharetratae Dianae* offensu fuerit criticus; sed vid. ad 398. 261. Tum. Male sic et B., siquidem jurgari jam non vult dea. Lege: *Dum* linguam ad jurgia solvit. Quo tempore hoc fecerit, ita locutam eam fingit Noster consiliique eam sui poenituisse. Cf. infra 316, 415, 417, 480; 4, 101, 103 etc. 262. Profeci toties quid enim perjurgia? Sic B., nec melius meo

quidem judicio prolatum ex uno Francofurtensi *Effeci*. Quod versum hunc latinum Heinsius non putabat, nisi legeretur *Profeci quid enim tot io per jurgia?* fugit eum ratio. Ceterum praemissa haec sequentibus Graecorum more, qui γὰρ suum praeponere solent cum enuntiato causam indicante. Vidd. Schneider. in Lexic. crit. graec. linguae h. v. et Schaefer. Melett. critt. I. pag. 75. seq.

1, 250:

Talia quaerentes (sibi enim fere cetera curae)
Rex Superum trepidare vetat.

Cf. 3, 336 etc. 266. furto Contenta, excluso verbo substantivo. Sic et alii codd., recte: *est* sequente versu huc pertinet.

269. uni. Ita et B., nec quidquam novandum puto, quamvis non inelegans sit Florentini illud codicis, Burmanno probatum, *uno*, quod et Micyllo in mentem venerat. Ἀορίστως posito verbo *contigit*, sicut *reperit* Plaut. Stich. 717, quo loco pluribus hanc rem illustravi, vix, h. e. aegre, Sibi uni contigisse, quoties contigerit, sive contingere solere, Juno queritur id, quod aliis mulieribus perfacile contingat, ut matres ex Jove fiant. 272. penetrabit ad undas. 278. Ipsaque erat Beroë. 280. Opto.

282. iniere. 283. Jovem s. e. det tibi p. a. An voluit: Nec tamen esse Jovem sat: det tibi p. am.? Equidem persto in vulgata. 299. vultumque. 303. Typheum, id est Typhoeum. Sed recte, qui Typhoea τετρασυλλάβως, a recto Typhoëus, non Typhoea, sicut vulgo. Maro Ecl. 6, 30:

Nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus
Orphea.

Cf. infra 5, 321, 325, 348, 353. 304. armatus — illo est.

308, 9. I. Ag. donisque jug. arsit. Non tulit aeth. c. mort. tum. Haud male, modo reponatur Nec tulit, quemadmodum *non*, *nec*, *nunc* passim inter se commutantur. Quanquam neque asyndeton vulgatae lectionis sua caret elegantia. 311. dignum est. 314. Nereïdes. 321. contingit.

328. O vestrae. Sic Heinsius secundum unum suorum, qui: Vidit et esto vestrae. Cf. 375; 9, 427 etc. B. quoque: Est vestrae. 340. Inreprehensa. 341. fidem vocisque datae t. sensit.

345. Nymphe qui jam nunc p. a. Annotatur, alias legi *nympha*. 353. petiere. 363. Cum Jove. Sic et alii quinque codd., ab Heinsio commemorati. Verum hac ratione *cum*, quamvis diversa potestate, bis eodem commate habebimus, quod ineloquentis. Nec magis hoc mihi nequam videtur, quam illud 6, 115:

Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Aeoliâ posuit,

ubi ne hiscunt quidem interpretes, ut neque aliis locis huic similibus, quibus scatent scriptores. Quin potius istud Cum, huic loco minus aptum, a nescio quo correctore profectum puto, castas aures offendere perperam verente. 369. tamen; sed id loco non convenit. Legam: tantum. Passim confusa tamen, tandem, tantum. Vid. ad 8, 133, 631. 370. rura. 374. admotas — flammas. 380. Hic quis adest, quod ortum videtur ex Hecquis ad. Vid. ad 2, 275. 381. atque.

382. magnâ clamat. 383. rursus nullo. 386. inquam. 388. illa — silva. 390. amplexibus. Vid. ad 2, 183. 393. Spreta *latet* silvis. Ita

quidem et B.; sed 400. legitur: Inde latet silvis. Adeone vel infantem vel oblitum sui credamus Nostrum, ut pauculis versibus simillima, qualia haec sunt, disjunxerit? Nefas sit. Quid igitur faciendum? nam alterutrum horum locorum affectum esse dubitari nequit. Recidit Heinsius versum 400. cum sequente. Quanto satius erat hunc, quem versamus, nullo fere negotio emendare, quam manus intentare sanissimis integerrimisque! Legendum: Spreta *jacet* silvis. Desperantium est latere (vid. 4, 339; 15, 488) jacere, sedere. 9, 654:

Muta *jacet*, viridesque suis terit unguibus herbas

Byblis.

Remedd. amor. 596:

Nunc in avenosâ lassa *jacebat* humo.

Supra 1, 149:

Victa *jacet* Pietas.

Infra 4, 260:

sub Jove nocte dieque

Sedit humo nudâ, nudis incomta capillis.

Sic passim. Latere jam nunc in silvis dici nympham contra consilium poëtae est, qui 400. versu illam ex eo demum tempore latere ingeniose fingit, ex quo corpus ejus evanuerit, ipsaque miserae ossa in lapidem fuerint mutata. Quod superest i et l, c et t litterae tam vicinae sunt in scriptis, ut quae maxime. 395. pudore. 396. Extenuant.

398. Vox tantum atque ossa. Ita quidem et B.; sed raro apud poëtas vocabula duo continua liquescunt, praesertim ea, quae elisa fiant monosyllaba: nam haec et similia *liquidarum adspergine aquarum* 7, 108, et Maronis illud *Remigio alarum* ac etc. Aen. 1, 301. ut minus grata

sint (non enim istis adsentior, qui nescio quam dulcedinem veneremque inesse talibus existimant), feruntur tamen. Rara igitur, quae leguntur 1, 658: *At tibi ego ignarus;* et 13, 687: *Ante urbem exsequiae*, et ibidem 759: *Nempe ille immitis*. Cf. 13, 43. At vero ejusmodi elisas voces duas vel inferri post aliud verbum item monosyllabum, sive elisum, sive non elisum, id quod hoc quidem loco fieret, si veri essent libri, vel monosyllabo sequente, id tam duri barbarique soni, ut non nisi in summa turba et silentibus quasi omnibus, etiam (si diis placet) versuum, legibus admittatur, velut 12, 241. legitur:

Certatimque omnes *uno ore: Arma, arma!*
loquuntur.

Dedi igitur: V. tantumque o. s. Sic et alibi confusa *que* et *atque*, velut 14. 169. libri quidam *Ithaci atque*, alius *Ithaca atque;* sed unus Moreti: *Ithacaque*, unde recte Heinsius fecit *Ithaceque*, cui proximum *Ithacique* Berolinensis codicis; et similiter *noxiam atque* pro *noxiamque* legitur in Senecae tragoediarum editionibus principibus C. Fernandi et D. Cajetani, quae sunt instar codicum Mss., Octav. 244. *Que* pro *Et* eleganter positum illustrant Broucklius. et interpretes ad Tibull. 3, 6, 48; 1, 4, 56; 1, 11, 51. Ceterum B. hoc loco *ora* pro *ossa*, mixtis r et s litteris, ut passim factum *). Vidd. J. F. Gro-

*) Harum litterarum confusione depravata scriptorum loca nondum omnia correcta sunt; velut Livii Hist 22, 49. extremo haec leguntur: "Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium *infestus* agmini, cum LXX fere equitibus Venusiam perfugit," nemine intelligente, quid attinuerit nulli fugientium, non Poenorum, sed civium, agmini infestum dicere consulem Romanum. Graphice, ni fallor, Livius: "nulli fugientium *infertus* agmini," quia effuse atque confertim fugiebatur in

novii Observatt. 1, 15 et scriptores libri gallici, qui inscriptus est Traité de Diplomatique vol. 1. pag. 486. cum tabula ibi aenea.

416. Spem sine c. a.; c. p. e. q. unda Bene *unda* propter 434., unde huc traductum videtur *umbra*. Opponitur unda corpori, qua voce animantia et personae designari solent apud Nostrum, velut 1, 2, 156, 300, 393, 408, 428; 3, 33, 44, 55, et passim. Unde et recte *rem* pro *spem* repositum esse ab Heinsio intelligas, cui frustra obloquitur Burmannus. 417. Hic versus post 414. legitur, nexu orationis interrupto. Ita saepius transpositi versus apud Hunc et alios, velut, in Ovidio ut subsistamus, praeterquam hoc loco etiam 6, 526; 7, 525–527, 572; 9, 526, et inprimis 759, ubi hoc remedio mallem usus esset Heinsius quam secasset; item 14, 73 sequ.; 15, 138, 437 sequ. ubi conferenda Heinsii annotatio. 420. geminum velut lumina.

425. ipse. 426. accendit. 428, 9. mediis — aquis. 432 seqq. Sic fere Nymphae ad Narcissum in narratione, quae extat apud Suidam in Πολλοὶ σέ τοι μισήσουσιν, ἐὰν σαυτὸν φιλῇς, quae verba, formam metricam, et quidem iamborum, prae se ferentia, haud scio an sic emendanda sint:

Πολλοί σε μισήσουσιν, ἐὰν αὐτὸν φιλῇς.

Poëtae hoc alicujus dramatici vel gnomici. 435. tecumque. Ita quidem et B., sicut unus Gronovianus, amphibrachis duobus continuis; quod etsi non prorsus insolitum poëtis et Huic prae ceteris, invenustum tamen semper est, cum ne singulus quidem veniens pes instabilis trepidus-

proelio Cannensi. Frequentiora quidem Confertus, Differtus, Effertus, Refertus; sed neque Inforcire insuitatum.

que satis placeat in heroïco carmine. Vide J. H. Vossii, viri harum rerum egregie periti, praefationem Virgilii Georgicorum ab ipso germanice versorum. Ubicunque igitur fieri ullo modo potuit, saltatorem χορδαχικώτερον a choro serio removi, et vel antibaccheum in ejus locum priore regione substitui, ut hoc loco, codicibus praesertim adstipulantibus plurimis, vel baccheum posteriore, velut 6, 75, ubi *tridenti* exarari jussi, Maronem imitatus Georg. 1, 13. Et perfectum quidem *venitque* huc revocavit etiam Mitscherlichius, nouissimus operum Ovidianorum in Germania editor, raro ille recedens a Burmanno, dum vel Heinsium sequitur, vel aliquam ipse codicum eligit lectionem; quas quidem viri doctissimi mutationes suis quasque locis commemorare omnes non supersedissem, si quibus semper inductus rationibus novasset, annotationibus libro nullis additis, intelligere potuissem. 436. discedat — posses. 440. ille, quemadmodum haec et similia ille, ipse, iste misceri solent a librariis. Cf. 463; 4, 203, etc. 441. *sua* brachia. Sic omnes libri. Malim nihilominus *fera* brachia, id est immitia seu crudelia, ut quae ad silvas tenderet Narcissus potius quam ad amantes. Vid. ad 12, 79. Similiter et Plauti Aul. 575. reponendum censeo:

Non temere est quod corvus cantat mihi nunc ab laeva manu.
Simul radebat pedibus terram et voce crocibat *ferâ*,

non *suâ*, quod valde frigidum. 444. Et quem, casca scriptura, cum c pro t perperam haberent boni monachi. 447. herror. Vid. ad 2, 275. 456. et. Sic etiam B. Convenientius tamen *sed*. Vid. ad 1, 441. 460. nutu. 463. Iste. Alii codd.

Ille, alii Ipse; primus Medic. In te; "argute," inquit Heinsius, non ego. 465. deinde. Haeserunt in hoc vocabulo Regius et Glareanus; nec sane multum placet, ut quae nihil conferre ad sententiam videatur; quanquam similiter Seneca Herc. Oet. 858: Occupa ferrum ocius. Cur *deinde* ferrum? 477. Quo refugis? remane. 478. qua. 480. summo — ore. 490. tecto — igne, utrumque pejus, praesertim trochaïcum verbum *igne* extrema regione versus heroïci positum, quam dignius occupant spondei. 495, 6. Utroque loco: Eheu, inveterato errore. Jan. Gebhardus ad Tibull. 1, 7, 10: "Ubicunque," inquit, "in vulgatis edd. apud hunc nostrum occurrit *Eheu* pro illo in Mss. omnibus restat Heu heu." Cf. et Burmann. et J. H. Voss ad Virgilii Eclog. 2, 58, nos ad Plauti Capt. 928. 501. locus, sicut omnes codd., et superscriptum: echo. Nimirum non lacus resonabat, sed circumjacentes montes collesque, h. e. locus. 503. L. mors clausit d. imitantia f. 506. imposuere. 507. Planxerunt et Dr. 511. vatis. 518. Bacchica. 519. Namque d. a. quam non pr. arbitror esse. Vetustiorum, quos sequitur Heinsius, lectione *Jamque* oratio vatis interrumpitur, ut quae requirat hoc loco enunciatum aliquod causam optati indicans. 524. Et veniet. 529. ruit. 530. Vulgusque et proceres. 532. Attollit. 534. bellicus. 539. A Tyron. 548. retinete.

559. *est* omissum. 566. B. quoque amonitu, h. e. a monitu. Vid. Burm. 567. moderaminaque. 570. obductaque.

581. frequentas. 582. in litura Acestes. 583. Maeonia patria est; h. d. gente p.

586. hamis. 597. Chiae. Vid. Glarean. 599. ud. imitator ar. 600. primo. 603. tum. depromit

ab alto. 610. credi posset, graviore voce *credi* et priore loco posita, et potiore versus regione. 619. Enipheus. 629. probat f. *nunc* den., eleganter. 631. atque mero. 633. differre. 634. Proteus. 641. inquit, Ofeltes. 642. timet. 644. aliquis, non male. 645. sceleris artisque, quod minime spernendum duxi, cum et frequentior sit hoc versu conjunctio, et extrema syllaba τοῦ sceleris propter caesuram recte producatur. Vid. ad 2, 291. 651. Sensit et — prospexit. 671. niger. cepit. 672. supresso spinae.

681. *est* omissum. 682. dimidiae. 688. pavidus gelidusque. 690. chiumque. 691. Accedo sacris Baccheaque s. f. 693. consumere. 694. duris.

698. ignesque. 702. ubi *festus*, sed in litura. Vid. ad 4, 619.

707. clamore. 708. fere in med. 714. vestris. 716. coeunt trepidumque sequ. 722. captu. 724. dejectis vulnera m. 728. hoc vict. nostra est. 729. autumni.

IV, 1. minyoias, et infra 32. minoides. 5. Immunesque op. famulas dominasque s. 7. comis. 10. Telasque et calathos. 11. Lyaeum. 17. juventa. 31. Placatus. 46. coluisse, sed in litura. 48. altis. 49. erbis. 53. Hoc. 57. habuere. 61. Malim: quae non potuere vetari, qua recepta lectione et unum ὁμοιοτέλευτον e tribus (vetuere, potuere vetare) lucrabimur, et versum amphibracho, debili pede, de quo supra ad 3, 435, liberabimus. Ita saepius erratum: vid. interpp. ad 12, 546; cf. 14, 146. Phaedrus Fab. 4. prol., 1:

Joculare tibi videtur etc. Legendum puto:
Joculari (h. e. jocari) tibi videmur; et sane leve,
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.

Joculantes exstat apud Livium. Leve: aliquid leve, cui *majus* opponitur. Videmur etiam Heinsio in mentem venit. Vid. ad 3, 99. 63. locuntur. 64. tectus, ut vett. isti libri Ciofani et unus Farnabii; verum satis s litterarum est in hoc versu, et aeque bonum (pace Burmanni dixerim) vulgatum *tanto*, quod et plerique Mss. agnoscunt et Servius ad Virgilii Aen. 4, 2. 68. vidistis.

68. vocis, ut fere codd. Exemplis probat Burmannus, recte dici *vocis iter*, *vocis via*. Quid tum postea? Scilicet de hoc nemo unquam dubitavit, neque minus latinam, puto, Heinsius credens vulgatam lectionem *vocis* ex Urbinate, fragmento Theatinorum Rom. et tribus aliis libris recepit *voci*, sed quia frequentiore s littera et ὁμοιοτελεύτῳ verborum *sensistis*, *vocis fecistis* delicatiores viri aures offendebantur. 71. Saepe ubi const. 75. nimium est.

86. claustra B quoque. 92. et aquis n. exit. Ita codd. putida repetitione. Passim *et* pro *at* scriptum ab oscitantibus librariis, velut etiam infra 174, 340, 613, quo loco item Ms. Berol. et plerique *cusi et alter*, 5, 121, 448; 6, 564; 8, 517; 10, 418; 11, 105; 13, 38, 232.

100. timido. 101. reliquit. 108. inquit, nox, meliore numero; nam in vulgatis una vox *inquit*, versiculi integrum pedem occupat caesura nulla; quod invenustum in mediis versibus. Quanquam negligentior in hoc genere Noster quam Virgilius. (f. 5, 275.) 119. demisit. 121. Et jacuit.

123. tenuis — longas. 127. Purpureo traxit; sed in margine: tinxit. 132. errat. 140. cruore. Sed vide ad 3, 435. 143. *tua te carissima Thisbe*, quod non caret sua elegantia, siquidem hoc

quasi exceptum ex ore Pyrami dicere puella videatur, sic appellare soliti amasiam: Carissima mea Thisbe. Cf. 12, 182. 153. non morte. 155. miserique.

170. referamus. 181. arte. 185. eburneas. 187. optat, sicut plerique omnes codd., et recte, cum propterea, quod revera hoc optasse Mercurium refert Homerus Od. Θ', 338, Apollinem Lucianus in dial. Apollinis et Mercurii; tum quia sequitur Superi visere, quod rectius ad tale dictum aliquod jucundum quam ad totam rem gestam retuleris. 193. colorque. Infra 591:

Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi sunt humerique manusque

Et *color* et facies et, dum loquor, omnia? Sic passim. Valeant igitur Mediceus et Noricus, ex quibus frigidum *calorem* istum protulit in medium vir doctus, ad quem calorem quod sequentia referenda putat, ubi de ignibus dicitur, quibus terram Sol urat, fallitur, suntque seorsim ista accipienda. Scilicet haec loci sententia: "Quid juvat, te formosissimum deorum esse (nam Solem hic, more recentiorum, misceri cum Phoebo, indicio sunt versus 201, 204, 5, 145, 6, quamvis Phoebi nomine nescio qua religione ductus abstineat in hac narratione Noster)? quid igitur juvat, te id possidere, propter quod ultro expetendi videntur homines deique et quidquid amatur, formam, colorem (Phoebi), et radiata lumina (Solis)? Jam non expeteris, sed expetis, et mortalem quidem, quae est Veneris ira, Leucotheen." 203. ipse. Vid. ad 3, 463. 204. Clymeneque Rhodosque. 207. ipsoque illo grave vulnus habebat Tempore, sicut vulgo. Sed non ipso illo tempore vulnus habebat Clytie, h. e. demum illo, vel solo illo, tempore, ut

quae dudum ante et amata et uxoris loco habita fuisset a Sole: cf. 234 - 236. Quare recipiendam putavi alterius Twisdeniani codicis lectionem *ipsoque nimis grave vulnus habebat Tempore*, ut ipsa diuturnitate grave factum Hic dicat Clyties vulnus, amoremque Solis inveterasse. Jamque apparet, verbum *habebat* ferri quidem posse, quia scilicet tum quoque, sicut antea, habebat istud vulnus despecta nympha, sed eo longe aliud esse elegantius, *alebat*. Virgilius Aen. 4, 1:

At regina gravi *jamdudum saucia* curâ
Vulnus *alit* venis, etc.

quem locum ad 9, 539 profert Burmannus, nec male ibi in vulgatis *quamvis animo grave vulnus habebam* similiter *alebam* pro *habebam* legendum putat, nisi quod et *habere vulnus* rectum sit, ut sane est, nec tamen ubique aptum. Quo ex loco et hic rectius fortasse reposueris: ipsoque *animis* grave vulnus habebat (vel alebat) tempore, ut generatim tempore ingravescere dicatur amor, sicut *nimis* et *animis* confundi interdum constat. 211. vicit. 213. prisco — Belo. 224. loquendi, et a manu altera scriptum: loquendis. Recte: loquendi, ut fere codd. Horat. Ep. ad Pis. 71:

si volet usus,
Quem penes *arbitrium* est et jus et norma *loquendi*.

Frustra hic turbatur. 226. emetior. 234. illam. 248. tentat, recte, ut ceteri Mss. praeter Genevensem, cujus, ab Heinsio et Burmanno in ordinem recepta, lectio *tentet* non frigida modo est, sed etiam sequentibus repugnat, quibus Solem revera id tentasse, sed obstante fato, intelligitur.

252. perquestus. 273. non est Bacchus. 282. imbre. Vid. ad 3, 390. 308. sumsit. 311. Cythe-

riaco. 317. quamvis pro etsi, minus bene, cum sequatur quam. Ciofani quoque unus: quanquam. 325. beatior illa est. 327. si aliqua. 336. Desinis aut fugio. 339. silvis. 340. flexoque. g. s. in ulva. 341. At puer ut vacuus et. 343. tingit. 346. stupuit. 347. Tò s in Nymphes transverso calamo notatum. 349. refertur. 356 Vincimus et. 358. Pugnantemque. 365. ramos. 369. demissaque.

370. Sic inhaer. 372. deducat. 373. tetigere. 375. conducat. 376. sentit, quod cernit fuisse videtur in autographo, quemadmodum C et S litterae misceri solent. Cf. 3, 702, infra 619; 12, 627. Insignis ad hoc vitium locus Ciceronis est Tim. §. 3, ubi cum sic legatur vulgo: "In omni oratione CVM IIS rebus, de quibus explicandum, videtur esse cognitio," quae sensu cassa, ipsius vi sententiae reponendum est: "In omni oratione SIMILIS rebus, de quibus explicandum, videtur esse cognitio." Quae explicatio sequentibus confirmatur. Neque aliter accipiendum *ciuis* pro *Sinis* exaratum Hippolyt. 1169. in editione prima Senecae tragoediarum, vulgo hodie incognita, quam curatam a Carolo Fernando et forma non maxima, Parisiis per Joh. Higman Wilhelmum praepositi et Wolfgangum Hopyl socios, sine notatione temporis, impressam, communicavere nobiscum bibliothecae Desbillonianae, quae Manhemii est, praefecti humanissimi. Quod vero ejusdem poëtae Troad. 551 legitur in edd. vett., ad pedestrem illud quidem orationem accedens: *libera nos hoc metu*, cum superiore versu habeatur *Magna res Danaos movet*, non ita emendandum puto, secundum Lipsii et Florent. codd., ut reponatur *libera Grajos metu*, quippe supervacuo nominum horum

alterutro, sed itidem c cum s littera confusa (nam hoc rei caput) *noshoc* scriptum censeo pro *nostros*, cujus verbi τὸ *Grajos* est glossema. Addam Herculis Oet. locum illum tantum non desperatum, qui est 727, ubi legerim: et Phoebi *sonat* (non *comam*, quae fere librorum lectio est) Tepefactus astris. Sonat, id est sibilat, vel stridet, dum solis ardore effervescit. 378. sed forma. 379. possit.

387. verba. 393. sonant et dolent. Malim *tonant*, quia praecessit *sonis*. I, 187: qua totum Nereus circumtonat orbem. Boreas 6, 695:

Ut medius nostris concursibus intonet aether.

II, 161. secundum s. Medic., recte probante Heinsio:

Nulla mora est: calamis agrestibus intonat ille.

Varro apud Non. c. 1. n. 245: Tympana non inani sonitu tonimus. Seneca Troad. 174: Excelsum nemus Fragore vasto tonuit. Et sic passim. 396. fuere. 398 pictis B. quoque. Sed melius sit *fictis*. 404: *Falsaque* saevarum simulacra ululare ferarum. Haec duo vocabula et alibi sibi offecere, velut Phaedri fab. 2, 1, 8, de quo loco vid. Bentlejus ad Horat. Ep. 1, 1, 94. Confundi autem solent p, ph, f, v denique, litterae in Mss., quo modo 2, 240 firenidas pro Pirenidas legitur in B., et Senecae Oed. 230. *phates*, Troadum 37. *fates* pro *vates* in editione tragici illa principe, de qua ad 376, Herculis vero Oet. 398. in libris omnibus, praeterquam Florentino, *fato* pro *voto*; contra Agam. 807. *vibra* pro *fibra* in eadem editione vetustissima; Troadum vero 978. ibidem *phoedus* pro *foedus*, etc. 400. posses. 403. collucent. 407. tenebrae.

408. ten. includunt. 412. in litura: tenuem pro c. v. 413. leves. 415. N. ululant s. tenent. 417. Nomen. 421. alumni. 431. sororibus. 442. turbamque. 445. B. sicut ceteri codd., cum ab aliquot Palatinis discesseris:

Pars aliquas artes, antiquae imitamina vitae,
Exercent; aliam partem sua poena coërcet.

D. Heinsius posteriorem horum versuum parum pro poëta esse judicabat. N. Heinsius: "Tollo," inquit, "et ejicio versum hunc *Exercent* etc., idque ex auctoritate optimorum codicum." Praeterea ne gry quidem. At hoc est dictatorem agere, non criticum. Longe nos aliter sentimus, ut qui et elegantem istum versum censeamus, et necessarium ad absolvendam umbrarum apud Inferos descriptionem. 457. distractus. 463. faciе. 465. a fratribus, sed τὸ a in litura. 467. conjuge nuper. 469. Quodque. 470. furores. 474. reicit, sed in litura. 475. inquit. 476. jubes. jam inamabile. 482. accingitur. 483. comitatur. 485. videntur. 492. jacent. 497. in litura: animos. 503. tincta. 521. Melicerta, lacertis. Nil mutat codex. Dixi de his similibusque Nostri maculis ad 2, 681. 520. sparsisque. 522. Heu hoe Bacche. Vid. ad 2, 275.

524. scopulus. Ita quidem et B.; verum Sixi codex: *speculat*, quod non pro *specula* accipiendum, ut nusquam alibi, monente Burmanno, sed emendandum est. Graphice poëta et vere:

Imminet aequoribus speculae pars. Ima cavatur
Fluctibus etc.

Similes c, e, i, r, t litterae in scriptis. *Scopulus* interpretamentum. 533. B.: tuorum meorum, sed prius horum vocabulorum expunctum est.

535. ponto est. Ita B. et libri. Sed asperat duplex elisio versum suavem, et passim *est* temere additum. 536. in medio. 537. gracumque: vid. ad 524.

540. nomenque suum fac. 545. scissis — capillis. 559. deprensa est. 560. in ipso. Vid. ad 3, 440.

561. distinguunt summis Cadmeides. 566. erroribus.

569. Facta. 570. transjectus. 571. fuerat, nec male. 578. commixtaque. 579. tenuantur a cacumine. 585. B. quoque: loquenti. 590. infelix his exue, exquisitiore numero. Vulgata lectio his infe*lix* exue etiam *κακόφωνος*. 593. eundem. 596. in margine: tenebat. 597. illi sed in litura. 598. draconis. Non is ego sum, qui facere sciens quidquam velim permulcent c. c. quod sit contra existimationem N. Heinsii, a quo sicubi dissentio, dissentire a me ipso mihi videor; sed dormitavit vir optimus, cum vel legendum putarit secundum quosdam codd.:

— at illi
Lubrica perlucent cristati colla dracones,

vel potius:

— at illos
Lubrica permulcent cristati colla dracones.

"*illos*," inquit, "*permulcent*, comites videlicet." Dormitavit inquam, cum sic existimaret, siquidem tunc nondum duo aderant dracones, sed unus, Cadmus, cujus collum permulcens uxor Harmonia in anguem etiam ipsa mutata est; id quod perspicue indicatur sequentibus *Et subito duo sunt*, h. e. Et tunc, inter istas Harmoniae blanditias, subito duo dracones facti sunt, cum antea unus tantum fuisset, Cadmus; quo tenerius venustiusque fingi nihil potest. Perstan-

dum igitur in vetustiorum lectione codicum hac:

Lubrica permulcet cristati colla draconis,

prae qua lectione errores istos Heinsianos non dicam Burmanno, sed cuivis placere potuisse vehementer miror. Ceterum hic versus post sequentem infertur in B.; sed vitium in margine notatum. 600. oppositi. 602. Quodque p. fuerant. 604. M. nep. dederat. 605. celebravit. 609. putat esse deum: neque enim. Legendum videri *neque jam Jovis esse putabat Persea*, supra significavi ad 2, 301; h. e. neque hoc ipso tempore Persea pro genuina Jovis prole habuit, sicut antea nec Bacchum. 613. et alter. Vid. ad 92. hujus libri. 619. infectaque. Vid. ad 376. 626. vetitus; sed arrasa littera. 629. cursus. Vid. ad 7, 741. 630. cunctis. 636. nitentes. 642. Parnasia. 646. Montibus.

648. Hinc. 650. manibusque. 652. Atlantis. 656. Quantus Atlas mons factus erat: nam. Recte *nam*, quoniam his per singula probatur id, quod de Atlante generatim dixit, in montem conversum esse. Sic 5, 569 et passim. Quod e quatuor libris Heinsius protulit, *jam*, solitus mihi videtur error librariorum.

659. altus. 662. ippotades. 670. Andromeden contra morem Atticum p. injustus.

673. tepido. 675. B. quoque: eximiae, neque alio pertinet, quod multi libri habent, exiguae. Male istam lectionem, a Ciofano in optimis quibusque codicibus repertam, Burmannus damnans vulgatum *Et* stupet, *et* visae etc. retinendum censet ex eo, quod similiter legatur 3, 611: *Et* sensi, *et* dixi, quem locum confert cum Epist. 12, 33. Non hic videlicet agitur de *et* particula bis illata, quo nihil tritius, sed ipsa consideranda sententia est, qua *visae* friget,

quia jam ante dictum est, visam fuisse a Perseo Andromedam, et (quod majus est) in virginis adspectu defixum illum stupuisse. Quem subitum amorem ne maximam partem vel misericordiae tribuamus, vel nescio quo casu natum arbitremur, sicut non ita raro fit, ut etiam minus formosae tamen amentur, qua de re lepidissimus est locus Lucretii 4, 1148 seq., propterea eximiam puellae speciem fuisse dicit poëta. Ceterum verisimile est, verba visae correptus imagine formae e 3, 416. huc traducta margines primum occupasse, tanquam similia erutae ab Heinsio lectioni et visae remoratus im. f., mox, ut saepenumero accidit, praesertim in apertioribus, irrepsisse. 685. terraeque. Ita etiam hoc loco B., sed plurimi codd. et hic et 679. patriaeque, quod alterutro horum locorum variandi causa recipiendum est. 690. et una. 699. Aethereas, recte. 715. adversum. 717. missus. 731. rapto. 732. in litura: sinistre. 749. coralliis, quod fortasse curallis fuit. Vid. Heins.

750. Duritiam. 756. Andromeden. Cf. 670. 758. praecipiunt.

759. tectis, et ubique lyr. 763. Cephenì, quod ortum videtur e Cephenû. 765. genusque. 766. Quaerit Ab moresque animumque virorum. Quae simul etc. Sed in margine positus hio versus:

Narrat limides. quaerenti protinus unus.

767. Minime ταυτολόγος hic versus, neque uncinis includendus est tanquam spurius aut malae notae; modo legas secundum plerosque codd.: moresque animosque virorum. Quaesierat Perseus de cultu et habitu locorum; respondet Aethiops non ad haec modo, sed etiam mores animosque incolarum describit, de qui-

bus quaerere velut de horum bonitate dubitantis proindeque incivile fuisset, ultro de iis dicere candidi atque officiosi est, qualem se praebet erga Perseum Lyncides. Nam verba moresque animosque virorum non id indicant, virum ut mores ita etiam animos Aethiopum descripsisse, qui error est T. Fabri Ep. 2, 69. et interpretum; sed *que* particula vim maxime usitatam suam h. l. obtinet, ut Lyncides et habitum terrae narrasse, de his quaesitus, Perseo dicatur, et sponte sua de incolarum quoque moribus et quomodo animati essent, exposuisse. Simili breviloquentia Noster 2, 556. usus, ubi vi desis quae annotamus. Ceterum cf. 7, 57, 58, quem locum item male accepit Heinsius.

771. Abantiades. 779. ferarum. 781. quem. 783. colubras, bene. Frequentior h. l. conjunctio. 785. fontem.

789. Ante pectatum. 796. referrent. 800. crin. turp.

V, 3. conjugalia. 12. eripiet. 18. ponti. 20. a manu prima: nisi crudelis. 21. luctu. 26. erat.

27. per quem haec non est orba. 34. tunc, ut solet. Vid. J. H. Vossius ad Tibull. 1, 1, 21. 48 Lemnicale. Alii aliter. Non graecum fortasse nomen, sed indicum. B. quoque undis pro antris. 57. ara. 58. confundit. 59. fedatos jactantem in sang. Jactantem in sanguine plerique omnes libri; sed praecessit simile confudit in ossibus ora, et τὸ in h. l. nihil aliud videtur esse quam male repetita m littera, qua finitur antecedens verbum. Sic saepius erratum: vid. Burm. infra ad 469. 63. Athim. 72. ad illum.

73. Extulit. 74. Suenites. 76. late tellus. 78. adaptus.

79. Erinum. 83. Infligitque. 86. Caucasium. 87. Non tonsumque. 88. et ſtructos. 90. Idam. 104. Decutit. 105. semianimis. 110. Amphicus. 112. movendo.

114. Quem p. adstantem — tenentem. 115. irridens, ut ceteri omnes codd., nec tam videntes talia dicimus, quam, irridentes, ut careri posse videatur Heinsiana mutatione I ridens. 118. fuit. 120. poste. Vid. ad 3, 490.

121. Oss. immisit elisit med. 124. Cinypheus Pilates. 125. Marmoridae Corithi. 128. Meneus.

135. Bracteus. 139. imminet. 147. Thoaptus. 172. percussa. 186. dirigitur — ultra est. 195. viribus.

199. Silet. 208, 9 hemistichiis permixtis, qua de re vide ad 8, 703:

Dicere b. c. riguerunt c. v.
Gorg. b. c. restabant c. p.

210. tum. 212. vocatum. 215. Confexasque.

216. rem. tua m. 220. tempora. 224. B. quoque: Phineu, nec sum nescius, omitti interdum, praesertim apud Graecos, nomina loquentium; sed tum vel manifestum est, quis loquatur, ut 7, 487, vel τις, quidam, subaudiendum relinquitur. Minime omnium sic solet Ovidius, et hic in tanta hominum turba addendum esse cuique orationi videtur nomen personae, ne lectores fallantur. Supra 178:

"Auxilium," Perseus, "quoniam sic cogitis ipsi,"
Dixit, "ab hoste petam.

12, 227:

Ocius omnes
Surgimus, et primus: "Quae te vecordia," Theseus,
"Euryte, pulsat," ait, etc.

Sic itaque et h. l. reponendum censeo perspicuitatis causa:

Respicere audenti: "Quod," ait, "timidissime," Perseus,
"Et possum tribuisse etc.

225. est munus inerti. 231. converterat. 237. B. quoque: immeriti, et superscriptum voci: regis Acrisii. Sed recte habet *immeritae*, quod in libris Naugerii repertum accivit Heinsius. Acrisio pulso regnum Argorum unicae ejus filiae, Danaae, tradendum erat; quo cum Proetus ipse potitus esset, et hereditate sua ex fratre illam neptem spoliasset, punitur a Perseo. 242. Polydecte. 251. Edidit. 552. Cypro. 255. et doctas ibi sic adfata sorores. 258. factum. 261. A. B. abest *es*. 262, 3.

Vera tamen fama est, *et* Pegasus hujus origo
"Fontis," *et* ad latices deduxit Pallada sacros.

Sic quidem B., neque aliter ceteri Mss., nisi quod *deducit* in quibusdam legitur. Sed rudis ista oratio: Vera tamen fama est, *et* Pegasus hujus origo Fontis; nec sine pondere repetita placet copula. Cogitabam aliquando, rectius forē hoc: Vera tamen fama est: est Pegasus h. o. f.; sed vix ferenda, Musae praesertim in ore, et Uraniae, ista duorum est continuorum scabrities. Fortasse igitur Hic reliquit: Vera tamen fama: stat Peg. h. o. f. Vid. ad 3, 29. Tò *fama* posteriorem syllabam ante st producit, notissima figura.

268. Maeonidas, q. s. adfata est. Ceteri quoque codd.: adfata est, nec tamen dubito, quin alia voce hic usus fuerit Ovidius, cum hanc quidem modo legerimus 255. Accedit, quod affari is solet dici qui aliquem prior compellat, non is, qui compellatus respondet, ut fit hoc loco. Supra in re simili 260: *Excipit* Uranie. Infra 337: Musa *refert*. 6, 36:

Talibus obscuram *resecuta est* Pallada dictis

et 8, 863: his est *resecuta* rogantem. 13, 749:

Nereïs his contra *resecuta* Crataeïde natam.

Hoc verbum, quod primus ea potestate usurpasse videtur Ovidius, et hoc loco fuisse olim puto et glossemati cessisse.

271. artemque. 275. tota me mente recepit. Vid. ad 4, 108. 280. Mennonides. 286. repercusso. 290. via in nobis.

291. summae culmine turris. Ita etiam B., frequentius illata u littera. Sequor Thuani et Junianum codd. Vid. Heins. 292. discussisque. 299. In B. correctum ab antiqua manu: omina, et superscriptum: mala signa. 307. committunt. 309. vobis, et notatum, alias legi *verbis*.

313. nivosas. 314. silvis. 333. sunt. 334. vacat — aures. 343. sunt. 344. possim. 345. digna dea. certa est dea c. d. 346. injecta. 349. tentatque. 363. Depositoque metu; sed correctum atque rasum. 368. mundi. 370 et 372. terre. 373. coelo quoque jam. 374. minuuntur. 377. patiemur.

378. est ea. 385. ethneis l. est amnibus altus. 386. Pergusa non. 389. ignes. 390. varios. Tyrii flores frigent, id quod ipse sensisse videtur Heinsius. 398. summo — ore. 404. rubigine. 413. summa medio. 414. deam. 430. fluxus (sed correctum), u. posuere rig. 434. humeri ter-

gumque latusque. 440. udis. 442. Flammigeras. 443. inrequieta. 444. Rursus, ubi. 445. occasus s. q. ad ortus. 450. texta. 451. diri. 452. risit. 459. paventem. 460. latebrasque, et inter verba *petit* et *aptumque* hoc signum P perscriptum. Vid. ad 9, 112. 469. I. f. die dilapsam in purgite. 470. çonam.

475. Ignotasque. 478. pariterque. 482. Sparsa. 484. S. et vent. 494. ortus. 500. curasque. 513. sparsis. 521. reddatur, prae qua lectione sordet vulgata reddat eam. 522. filia non est. 530. discidii est, repetet. 532. pactum est. 534. ferunt. 541. fulvis. 546. in alis, minus quidem bene, quia sequitur Inque caput crescit. 560. nigrescere plumis.

562. ling. ne perd. 570. Laeta satis frons. 580. quanquam. 586. magnusque. 587. vertice. 588. P. ad imum, pro umum, h. e. humum, ut in Italico.

597. sensi de gurg. 606. urgere. 611. fuit. 619. diana. 621. sparsisque. 626. agnae, sine *est*. 631. L. ulla p. 633. tecto. 636. latices — amatque. 645. urbem. 648. terram.

660. jussit, sicut omnes codd., cum a Junii Heinsii et fragmento Vossiano discesseris, qui quidem: *misit*. Multus est Heinsius in illustrando usu elegantis, quem vocat, graecismi; sed alienum ab hoc loco istud *misit* cum infinitivo, quo finis actionis indicatur, cum tamen non eam ob causam mitteretur a Cerere Triptolemus, ut istos dracones agitaret, sed nimirum ut agriculturam per orbem terrarum propagaret. Ergo rectum *jussit*. Supra 646:

— partimque rudi data semina *jussit*
Spargere humo, partim post tempora longa recultae.

Ita, postquam regi Scytharum frustra sua munera obtulit, jam *rursus jubetur* Triptolemus agitare deae dracones, h. e. redire unde venerat. 662. doctos.

665. dixit B. quoque, ut ii, quos praestantiores dicit Heinsius. Sed in verbo *dixit* intelligenda foret maxima Musarum (662), quae cum Pieridibus certaverat (337), Calliope, cui, ut quae in partibus sit, dicere hoc minus decorum. Revocandam igitur mihi veterem vidi lectionem *dixi*, ut haec quoque verba sint illius Musae, quae 268, 300, 337 sequentibusque versibus loquitur, quam non minimam, e numero esse ut quae pro omnibus dicat, facile intelligitur. 667. vobis. 668. qua. 669. Ridentque enipides, sed in litura. 671. pennasque. 672. pennis. 674. videt.

VI, 5. Meonideque, sicut a et d *) litteras inter se commutari ob similitudinem monui ad

*) Simile etiam *if* (nam sic, non *is*, codd.) τῷ a: unde et haec nonnunquam miscentur: velut Octaviae 398. inde ab Aldi tempore haec habentur in libris: Justitia, coelo missa cum sancta Fide, *Terras* regebat mitis, humanum genus, nisi quod recentiores post *mitis* ponenda τελείᾳ στιγμῇ locum etiam foedius corrupere, pessime concurrentibus verbis *hum. gen.* et eo, quod subsequitur in eadem oratione, *gentes*. Ms. Ultrajectinum, cujus varias lectiones penes me habeo (suspicor, etiam alii), item edd. Fernandi, Cajetani et Ascensii: *Terra*. Tu scribes:

Justitia, coelo missa cum sancta Fide
Terris, regebat mitis humanum genus.
Non bella norant (sic quoque edd. vett.), non tubae fremitus truces,
Non arma gentes etc.

Etiam a et t inter se commutatorum sunt exempla; velut Herculis Oet. 820. legitur: inferius tamen *Et* tela fugient, cum legendum sit me judice: i. t. *Ea* tela f., siquidem non de telis in genere agitur eo loco, sed de sagitta aliqua Getica vel Cretensi. Cf. Chronic. Gottw. vol. I. p. 56, Pfeiffer De Mss. p. 148.

Plauti Men. argum. 7. 17. Non. Saepius autem non, nec, nunc miscentur. Nam quod hunc versum rectius inculcari post sequentem existimat Heinsius, fallitur, orationemque interrumpit: siquidem verba *Tum quoque cum fierent* ad ista pertinent, quae leguntur 23: *scires a Pallade doctam.* 31. telae. 37. defessa senecta, sicut unus Moreti. Ita fessus senecta apud Lucanum, fessa aetas apud Tacitum etc. Vulgo: confecta senecta, insuavi ὁμοιοτελεύτῳ, quo nomine displicet etiam, quod Heinsio in mentem venit, defecta. Quanquam ferenda utcunque talia in Nostro monui ad 2, 681. 38. vixisse nocet. licet audiat. 41. eadem est sent. 49. ictu. 56. subtegmen. 58. inserti. 59. festinat. 60. minuente. 63. percussis. 66. ille. 68. intexitur. 75. longoque ferire tridente, immissis tribus ὁμοιοτελεύτοις, versuque vitiato per amphibrachos. Vid. ad 3, 435; 4, 61. 81. Edere. 82. operis.

101. pacatibus. 107. recondere. 112. Amphitryon fuerit. Sic omnes libri, male nihilominus, siquidem *ut* necessario addendum est: cf. 110, 113, 123 — 126. Malim igitur: Amphitruo ut fuerit. Seneca Med. 526: *Creo* atque Acastus etc. Vid. ibi. J. F. Gronovius ad Agam. 514, ubi similia profert ex Attio, Cicerone, Livio, Statio, Silio, Valerio Maximo, Gellio denique et Quintiliano. 113. ignis, quemadmodum et alii, quod ferri potest. 119. equum. 140. sparsit. 142. toto quoque corpore. 182. dea. 185. Quoque modo audetis genitam. 191. duorum. 200. turba cum quantum distabat. Alii aliter, qua libri, qua editores, Et Heinsii quidem commentum *turbâ quo quantum distat ab orbâ* merito displicet Burmanno, orbam turbam

haud concoquenti; sed quod ipse reponendum censet, *quâ quantum* κακόφωνον. Liber Briantii apud Ciofanum: Latonae, turbae? quae quantum distat ab orbâ. Vel legendum: — duorum, Latoae turbae, quo (numero) qu. d. ab o.? vel (quod malim): turbae quo qu. d. ab o.? quo turbae, per despectum, sicut dicitur hoc turbae pro haec turba, sed quae vel non ita magna sit, vel quam parvipendamus, qui sensus huic loco aptissimus. Ceterum hi versus sic sequuntur in B.: Non tamen. Ite. Ponite. Quodque. Latonae. 201. Ite satis properete sacris. Inde exsculpo: Ite, sat est, propere ite, sacri! h. e. Ite, propere ite: sat est sacri Synchysin, quae iratae convenit, non assecuti librarii mutaverint. Quanquam in Berolinensis quidem codicis lectione non multum videtur mutatum esse: nam in tanta olim e et i litterarum similitudine *), cumque bis ponenda semel

*) Fons hic cum aliorum errorum, tum inprimis praesentium et futurorum secundum tertiam formam inter se commutationis, qua nihil frequentius in libris; velut Ciceronis ad P. Lentulum epist. 5. legitur: "et Catoni quidem, quoquo modo se res habeat, profecto resistimus," cum legendum sit "resistemus," sicut ibidem circa finem in illis "Ceteris injuriis" etc.; item Timaei §. 5: "Quocirca si forte de deorum natura ortuque mundi differentes minus id, quod habemus, animo consequimur," pro eo quod est — "minus id, quod *avemus* (vid. ad 2, 275), an. consequemur," cui congruunt sequentia "haud sane *erit* mirum; contentique esse *debebitis*, si probabilia *dicentur*." Ipse Noster De Benefic. cap. penult. in edit. Froben. anni 1529: "Vincit malos pertinax bonitas, nec quisquam tam duri infestique adversus diligenda animi est, ut etiam vitiatus bonos non amet." Vitiatum esse istud *vitiatus*, dubitari nequit; cujus loco margo Frobenianae habet *injuriatus*, editio Rom., quam curavit Muretus, *vi tractus*, aliae *violatus*. Nos, itidem ut i pro e perperam exarato, *vitiatus* circumferri putamus, cum scriptor dedisset *inveteratos*. Lepidum hoc, si quidquam aliud, et passim *inveteraseere* in bonam partem.

tantum exarare, et scriptura quidem continua, solerent, fieri facillime potuit, ut propereite degeneraret primum in propereete, mox in properete, ut est in libro; l vero littera in *laurum* male geminata [nam et hoc modo peccari solet *)] pepererit nobis istud *sacris*, quo quid faciendum sit nesciunt eruditi. Et haec quidem nostra symbola ad emaculandum locum, qui J. F. Gronovium Observatt. 4, 15, N. Heinsium Burmannumque, ne ceteros commemorem, a quibus tentatus est, tam male habuit, ut fere de ejus sanatione desperandum esse videretur. 202. sacra infecta rel. 212. decidat. 215. Desine, Phoebus, ait. poenae mora longa querela est. 220. mollierat.

222. succo. 223. auro gravidis mod. habenis. 227. fixas. 231. imbres. 232. pector. 234. F. d. tamen hunc non e. t. 237. crura. 242. arto. 243. nervo. 246. M. simul pos. solo supr. 249. Evolat. 251. rupit. 252. eductum est. 259. sanguis, quae se jaculatus. 266. alte. 271. ferroque.

— Semel positorum, quae bis perscribenda essent, exempla ubivis obvia, neque adhuc ita affecta auctorum loca omnia curata, praesertim ea, quae sub specie sanitatis exulcerata sunt; velut Livii 21, 27. sic haud dubie legendum est: "simul et ipsi trajici exercitum, levarique quamprimum regionem suam tantâ *tam* urgente hominum turbâ cupiebant." Desideratur vulgo *tam* particula, quam perscriptam similis, quae antecedit, syllaba rapuit.

*) Similiter Octaviae 488. t litterâ in *ts* forte bis positâ pro *es* exortum *est*, quo loci sententia obscuratur, quem locum, spretis emendationum molibus Gronovianis, sic restituendum puto secundum Lipsium:

— Senatus, equitis, accensus favor;
Plebisque votis *adque* judicium patrum *es*
Tu (vel: patrum Tu es) pacis auctor, gnbiris, humani arbiter,
Electus.

273. Nihil variat Ms.; sed malim sono meliore: H., Niobe qu. N. d. ab i.

281. pectora B. quoque. Sed legendum, nisi omnia me fallant:

Pascere! "ait. —" Satiaque meo tua pignora luctu,
Corque ferum satia! "dixit.

h. e. Et dixit (post intervallum):" Satia tua pignora etc. Nam τὸ *que* enarrantis poëtae est, sicut passim primo verbo loquentium additur, velut supra 262, 1, 456 etc. *Satia* invidiose repetitum ut *Pascere* in superioribus. Cf 9, 176. seq. Jam *pignora* reponendum esse pro vulgato *pectora*, totum locum expendenti dubium esse nequit. Ubique enim hic Latonae liberi, Apollo atque Diana, junguntur, quorum quidem ob matrem laesam iratorum sagittis interemtos facere suos utique intellexerit Niobe. 159:

Ismenides, ite frequentes
Et date *Latonae Latonigenisque duobus*
Cum prece tura piis.

191: illa *duobus* facta parens. Cf. et 199. Recte itaque hoc loco Tantalis: Satia meo tua pignora luctu, corque ferum satia, ut quae et matrem et liberos ab se offensos esse sentiret. Ne dicam, vulgo lectionem *tua pectora* ne ferri quidem juxta *cor ferum* posse, utpote prorsus tunc ταυτολόγον, etiamsi de Latona sola cogitasse Nioben crederemus. Sed accedere medicum video Heinsium. Is igitur: "Cum *ait*," inquit, "jam praecesserit, otiosum est hoc loco τὸ *dixit*. quare tollatur meo periculo hic versus, quem commenti sunt, qui non intelligebant quantum acuminis esset in illo *Efferor*, nisi mavis praecedentem tolli. alteruter certe est amovendus."

Ita vir eruditissimus. A quo recte dissentiens Burmannus monet, secundum Servium ad Virgilii Aen. 3, 480 et Glareanum ad h.l.: τὸ *dixit* et *ait* saepe repeti. Sic sane est; sed hujusmodi repetitionum reddenda ratio erat, ne deinceps in iis etiam ab ipsis Heinsiis erraretur. Non igitur huc pertinet Graecorum mos, ejusmodi verbo aliud simile, tanquam generali speciale, adjungentium, velut Herodotus dicit 5, 36: ἔφη λέγων: sed ubicunque ista vocabula repetuntur in orationibus, ibi has non uno tenore habitas, sed per intervalla pronuntiatas esse existimabimus, usurpatis quibusdam ἀποσιωπήσεσιν ad vicissitudines affectuum significandas. Virgilii Aen. 3, 472:

Interea classem velis aptare jubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
Quem Phoebi interpres multo *compellat* honore:
"Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,
Cura deûm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniae tellus! hanc arripe velis!
Et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est:
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo. —
Vade, *ait*, o felix nati pietate! Quid ultra
Provehor, et fando surgentes demoror austros?"

Ibi dictis verbis *quam pandit Apollo*, ne plura de longinqua ista navigatione addendo contristet Anchisae animum, Helenus orationem abrumpit suam, et post intervallum, de gratis potius rebus, Aeneae pietate et surgente austro, paucis subjectis, valedicit seni. Similiter, anim-

advertente Glareano, Virgilius ibidem 4, 659. de Didone desperante:

Dixit, et os impressa toro, "Moriemur inultae,
Sed moriamur," *ait.*

ubi, quae inter haec et superiora verba dicenda egerit regina per tempus aliquod medium, ipse significat poëta. Noster infra 385. de Marsya deglupto:

Quid me mihi detrahis? *inquit.* —
Ah, piget! ah, non est, *clamabat*, tibia tanti!

10, 410, quem locum Burmannus laudat:

Exsiluit gremio furibunda, torumque
Ore premens, "Discede, precor, miseroque pudori
Parce!" *ait.* — Instanti: "Discede, aut desine," *dixit*,
Quaerere, quid doleam.

14, 716:

Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, et ante fores haec verba novissima *dixit*:
"Vincis, Anaxarete; neque erunt tibi taedia tandem
Ulla ferenda mei: laetos molire triumphos
Et paeana voca, nitidâque incingere lauro! —
Vincis," *ait*, "moriorque libens.

ubi quod plurimi codd. habent *Vincis enim*, glossatoris est, neque vel id recipiendum vel Heinsii commentum *Vincis*, io. Inprimis vero ea ratione expediendus locus est ille motorius, 8, 231. de Daedalo Icarum quaerente, qui locus sic habet:

At pater infelix, nec jam pater: "Icare!"
dixit. —

"Icare," *dixit*, "ubi es? — Quâ te regione requiram,
Icare?" *dicebat:* pennas conspexit in undis. ubi primum illud "Icare" vocantis est filiumque, si forte prope sit, compellantis; quae autem sequuntur verba "Icare, ubi es?" proferuntur a Daedalo, nusquam visum filium quaerere jam instituente; denique in postrema ista, saepius repetita (*dicebat*): "Qua te regione requiram, Icare?" longe lateque omnibus perlustratis neque usquam reperto puero patris erumpit desperatio. Haec igitur omnia, et si qua illis similia leguntur apud Nostrum, si prave acceperis, ineptus videatur et, quod ille ait, inaniloquus; si recte, Medeae, consummatae tragoediae, scriptorem agnoscas et eum, qui sit, si quis alius unquam, δραματικός. Quod superest, ut *pectora* pro *pignora* exarantium proclivem fuisse lapsum intelligamus, de g et c litterarum confusione videndus, qui instar omnium est, J. Lipsius De recta pronunciatione lat. linguae cap. 13. Nam e quidem pro i passim legitur per oscitantiam librariorum perscriptum; *petnora* vero, connexis praesertim litteris, facillime abiit, sicut saepe factum, in frequentius *pectora*. Cf. Chronicon Gottwic. vol. I. pag. 36, Burm. infra ad 499. 282. Post hunc versum in B inculcatur spurius iste:

Dum pars nostra jacet, et dum per funera septem,

quo versu quod legitur in nonnullis libris, *vulnera*, e 285. huc aberrasse puto, ibique reponendum quia *funera* praecessit. Haec duo vocabula saepius confusa ob f et v litterarum vicinitatem, de qua plura ad 4, 398; velut item Senecae Troad. 719. *vulnera* pro *funera* exhibent edd. quaedam vett., in his princeps Caroli Fer-

nandi, Dan. Cajetani et Aldina. 286. Dixerat et sonuit.

293. vulnere tota est. 294. O. conpressit, sibi (a manu prima) p. s. e. Passim talia pingunt Noster et poëtae. 305. vivum. 308. redd. motus.

311. ibi. 312. lacrimis etiamnunc. 313. T. v. cuncti.

325. lacu, quod non spernendum duxi, etsi nec *lacus medio* malum est. Vid. Burm. ad 10, 167. 330. retulit.

331. *est* omissum. 333. Orbem. 341. concepit. 342. lactentia. 348. vetat. 349. aquas. 357. undis.

363. N. satis est. ipsos. 366. nec non (fortasse pro nunc: vid. supra ad 17.) jam. 370. esse sub undis. 373. consistere, quemadmodum fere ubique pro consìdere legitur in hoc libro. 374. Sed nunc B. quoque, recte; id quod animadvertit pridem Heinsius. Vid. ad 1, 441. 376. Q. s. sub aqua, linguis m. t. 386. Ita utroque loco, ut fere codd. 387. direpta. 398. immisit. 401. exemplis, recte, hoc est poenis gravissimis. Friget prae hoc, quod Florentinus S. Marci et unus Strozzae pro diversa lectione habebant, ab Heinsio quidem et Burmanno arreptum, *extemplo*. Ὁμοιοτελεύτῳ ne offendamur, faciunt, quae protuli ad 2, 681. 403. est. hanc tunc quoque. 404. a pectore. 406. nascentis t. longo.

417. ferax. 420. B. quoque Exteriusque, sunt ve et que particulae passim inter se commutantur. Cf. 529, ubi recte unus Mediceus utve; 7, 30; 9, 201, 661; 10, 190, 486. Sic ve post que in fine sententiarum inferri solet: vid. 10, 531 etc. 421. posset. 423. Cecropios. 428. Prognes. 429. non illi. 433. H. ave sunt juncti. 435. ipsis. 438. Usque ades latet utilitas. Sic

B. et libri. Quae verba nonnihil obscuritatis habere queritur Glareanus, Burmannus autem sic accipit, ut ignorasse dicatur Proene, quam inutile sibi esset sororis ad se adventum a marito impetrare. Refert igitur ad sequentia, poëtamque novam narrationem de Philomela his verbis ordiri arbitratur. Quo modo inferri solere hujusmodi sententias vellem exemplis probasset vir celeberrimus: nam nos quidem sic positas eas nusquam invenimus, sed vel in extremis orationibus usurpatas legimus, vel primis insertas παρενθέτως, quod eodem recidit. 14, 150:

Phoebus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit:
Usque adeo mutata ferar.

h. e. tam vel tantopere mutata ferar. Virgilius Eclog. 1, 11:

Non equidem invideo, miror magis: undique totis
Usque adeo turbatur agris.

Rursus Noster 7, 453:

Nec tamen (*usque adeo* nulli sincera voluptas,
Sollicitique aliquid laetis intervenit) Aegeus
Gaudia percepit nato secura recepta.

ubi prima quidem oratione posita per parenthesin verba *usque adeo — intervenit* ad extremam ita pertinent, ut toti illi sententiae subjungi recte possint, praeponi non possint. Sic igitur etiam hoc loco ista Usque adeo latet utilitas de tota illa re gesta, quam modo narravit Noster, non quam narraturus est, dicta accipio, ut iis et consilium notetur Pandionis de filia regi barbaro in matrimonium danda, gaudiaque de hoc connubio filioque nato et ipsorum et Thraciae

(nam Atheniensibus laeta res visa non est) temeritatis arguantur, ut quibus gaudiis indulgentes, quid sibi utile esset, quid minus, nescivisse illi deprehendantur: nam inutiles istas nuptias non Pandioni modo ejusque filiabus fuisse, sed ipsi Tereo perniciem attulisse, ut qui pariter in avem mutatus sit.

439. repetitis d. annis. 441. B. a manu prima: visenda, et: sorore. 443. Promittas. 448. Jungitur, infausto c. ordine s. 454. illi similes cultusque paratus. 458. hunc. Ita quidem Mss., sed vi ipsius sententiae rescribendum hanc, faciem, quam innata libidine exstimulatam, sanguine suffuso et micantibus oculis (cf. 478) fuisse dicit, sicut ipsum Thracis animum 455; quomodo flagrantes vultus habentur apud Virgilium Aen. 1, 710. 463. claris pro datis. De litterae d in cl successione et contra *) agit P. Leopardus Emendatt. 10, 25. 468. Ad mandata Procnes — illas.

471. illa. 472. Proh. 477. petit ipsa sal. 483. amborum. Sed cf. 497. 497. Ut voluere.

499. Superosque o. p. ut t. a. 506. Ut fides p. d. utrasque p., sicut Palatinus. 507. nepotem. 508. A. pro se memori. 511. At simul — Philomena; et sic semper hoc nomen ibi scribitur. 514. et vix animo. 516. aduncis. 527. Hic versus vulgo post 531. legitur, adeo quidem inepte, ut confodiendum Heinsius putarit. Convenit huic loco, ut, lugenti similis in eo, quod lacertos suos caederit, tremuisse dicatur Philomela, etc. Sic Noster passim, velut 7, 186:

*) Similiter etiam *ci* et d interdum confunduntur, velut Octaviae 444. *duces* pro *cives* legitur in edd. Fernandi et Cajetani.

nullo *it* cum murmure serpens,
Sopitae similis.

ibidem 254:

Exanimi similem stratis porrexit in herbis.

et 328: Jamque neci similis — custodes somnus habebat 10, 691:

Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Speluncae similis.

2, 501: Et cognoscenti similis fuit; 10, 508: Nitenti tamen est similis; quibus exemplis hujus versiculi, quem tractamus, magis etiam confirmatur fides. 529. pennis.

531. sparsos. 533, 4. Intendensque manus, quemadmodum legitur 8, 107, unde huc transscriptum videatur. Copulam tamen inde sumsi, quam oratio requirebat, quae copula ut locum haberet, transponenda erant verba Intendens palmas. Deinde codex: O d. B. f., O crud. 538. conjux. hostis mihi, longe concinniore sententia et fortius, h. e. poena, quam hostis mereat. 547. saxa monebo. 548. in illo. 551. diripit. 555. indignantem — vocantem. 556. Luctantemque. 565. fictos gemitus.

576. pallida. 579 in litura: illa. 582. Fortunaeque. 585. Defuerant. 597. heuoeque. 600. menia. 607. narrare. Vulgatum *jurare* friget juxta *Testari deos*, quod sequitur. 611. hoc. 614. cremabo. 618. magnum est. 627. M. quidem gen. 629. eximia. 635. Degener ha, sicut Cantabrigiensis et alii duo, quos adhibuit Burmannus; similiterque Neapolitanus liber Degener ah. Scriptum forte remotiore postrema verbi syllaba Degener a pro Degenera sic porro depravatum est: nam neque placet vulgatum *Degeneras*, cui s adhaesit ex sequente verbo, neque vel *Degener es* secundum nonnullos libros

scribendum est, vel reponendum *Degener ad scelus*, quod Gruteri commentum nescio quid sibi velit; sed perstandum in lectione *Degenerá*, h. e. Descisce a domu tua et indole, qua pia videlicet nata es et mariti amans: siquidem piam esse adversus conjugem, qualem se Tereus praebuit, scelus est *) neque amare barbarum iam potes sine injuria tua et sororis et generis tui, quod ille ignominia affecit. 640. Et mater mater clamantem. 642. advertit. 650. Ipse sedens. 652. accersite B., sicut fere codd. 659. patris. 663. posset. 675. Hic dolor, hic luctus, longaeque. 690-692. ut — pellam, ut — concutiam, — vertam, Induremque — pulsem. Vexat *pello* sequente *pulso* (nam alibi, velut 7, 202, recte *pelli* nubila dicuntur). ut malim propemodum *vello*. Virgilius Aen. 2, 479:

Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesque a cardine *vellit*
Aeratos.

695. insonet. 701. B. quoque, ut vulgo ante Heinsium cognitosque Langermannianum et priorem Twisdenium codd.:

— socerque
Non orandus erat mihi, *sed faciendus*
Erechtheus.

7, 37: Quanquam non ista precanda, *sed facienda* mihi. Haec istis colorem faciant apud vulgus editorum. Contra nos eam ipsam ob causam hoc loco sic locuturum non fuisse Nostrum arbitramur, quia simillima mox isto daturus erat. Neque dubium est, quin vocabulum *vi* recte se

*) Imitatus hoc est Senecae Hero. Oet. 481: interim scelus est fides. Et Hercul. Oet. 629: Maximum Thebis scelus Maternus amor est. Et ibidem 986: Hoc (vel Haec) erit pietas scelus.

habeat, ut quod tota oratione comprobetur. Nam ut vi nubila pellere vi freta ac terram concutere, ita jam vi quoque factum se ire sibi socerum ait Boreas. Videtur autem istud in plurimis codd. lectum *mihi* nihil aliud esse quam ipsum *ui*, quod compendio τοῦ *mihi* (m̄) persimile est, quā ratione longe quam vulgo elegantiorem lectionem habebimus hanc, quam exarari jussi:

— socerque
Non orandus erat, vi sed faciendus Erechtheus.

Sic et Seneca extricandus, nisi omnia me fallant, Medeae 19, ubi cum legatur vulgo:

Mihi pejus aliquid, quod precer sponso malum:
Vivat.

quae insana esse sensit Gronovius, reponendum censeo:

In pejus aliquod, quod precor sponso, malum
Vivat.

Τὸ *in* item pro compendio isto habitum turbavit. *Precor* edd. principes, in his C. Fernandi et D. Cajetani; *aliquod* Aldina. Finem actionis indicat praepositio, sicut passim. Neque hoc in scriptis graecis minus quam in latinis regnat vitiorum genus; quo pertinent inprimis confusa saepius praepositionum compendia: velut in isto epigrammate, quod repertum ab se in cod. Ms. publicavit nuper clarissimus F. Creuzerus Annotat. in Plotin. de Pulcro pag. 224, cum sic legatur de sancta illa meretrice Maria Aegyptia, quae vixit circa annum a Christo 520, imperante Justino seniore:

Ἔχει πάχος τι καὶ τὸ χρῶμα, ζωγράφε,
Πρὸς τὸ σκιῶδες σῶμα τῆς Αἰγυπτίας·
Ταύτην πρὸς ἐμφέρειαν εἰ γράψαι θέλεις,
Ἄφεις τὸ χρῶμα γράψον πρὸς ἀϋλίαν·

ipsius vi metri reponendum est *εἰς ἀϋλίαν*, praepositionum istarum compendiis forte mixtis. Et sic passim erratur.

710. populos et moenia.

714. memorant una. 716. Zethesque.

717. pennae ritu. 721. non notum.

VII, 8. Lexque (ut primus Gronovianus), d. Minyis. 12. mirumque, quid hoc est. 21. hoste. 26. Quem. 28. Ore movere. 29. igne. 30. Concurretque. Sic B. cum ceteris; verum id nihil ad rem. Concurrit sane istis tellure creatis hostibus Iason 139; sed non corruit illis, h. e. cum iis non occidit. Nec *que* particula locum habet, quia haec non simul omnia experienda erant Iasoni, sed alterum post alterum; quare sufficiendum ve (quod saepe in que abiisse monui ad 6, 420), quemadmodum sequente versu non *atque* legitur, sed recte *aut* avido dabitur fera praeda draconi. Reponendum igitur Corrueritve suae segeti, h. e. C. in suam segetem, sicut haec et similia dicta sunt, Virgil. Aen. 2, 36: Aut pelago — Praecipitare jubent.; 5, 451: It clamor coelo; infra 8, 104: freto deductas carinas; 9, 81: Tauro mutatus. 32. tunc. 42. aliamne. 56. puppis.

58. locorum. 67. ferar — timebo. 69. vocas. 74. Hecates Ohetias, h. e. Aeetias, scriptum quidem illud, opinor, gliscente depravatione, primum eetias, tum oetias, hoetias, ohetias, sicut e cum o littera passim confundi, et h literam male addi solere vocabulis monui ad 2, 250, 275.

75. tegebat. 77. reluxit. 78. Erubuere, ut vetus Ciofani liber, nec male, siquidem turbato animo Medeae longe melius asyndeton convenit quam polysyndeton illud, quod placet Heinsio et Burmanno. Impetuose enim et tanquam per saltus, h e. ἀσυνδέτως, ire affectuum est, praesertim vehementiorum; jungere inter se omnia et ex ordine disponere ejus est, qui ratione recte uti et velit et possit.

83. Ut vidit juvenem, specie praesentis inarsit. Sic B. quoque, ut ceteri codd., quotquot sunt, qui innotuere. At Heinsius: "Hic versus," inquit, "pro spurio ἐς κόραχας ablegandus." Mirum profecto judicium, si ejusmodi ἐπιφώνημα judicium appellandum est. Rationem profert Burmannus: "non enim recte dicitur ipse amor *inardere specie juvenis*." Quasi non ubique apud poëtas ardor, flamma, ignis denique et quidvis horum simile diceretur pro amore. Vid. infra ad 9, 141. Quintilianus 2, 3. princ.: *Affectus* omnes languescant necesse est, nisi voce, *vultu*, *totius prope habitu corporis inardescant*. 89. reprendit. 99. tecta. 102. sedebat. 115. metu subito Minyae; ille nec illos. 116. anhelantes. 120. augent. 130. mirum est. 131. peracutae. 132. parantes. 133. vultusque animosque. 144–146. Sic et B. Quorum versuum medio *at* fere praeferunt scripti; sed vett. edd. *et* habent, quo recepto versus ferri posse Burmanno videbatur. Contra Heinsius, insipidam scilicet ταυτολεξίαν aversatus: "Etiam hunc," inquit, "versum (sicut supra 83.) meo tolle periculo." Nos, mediam ingressi viam, neque versura solvimus, neque obelo notamus bene tornatum versum; sed totius sententiam loci restitutum iri confidimus, si sic legatur:

— — Gratantur Achivi,
Victoremque tenent; avidisque amplexibus haeret.
Te quoque victorem complecti, barbara, velles
(Obstitit incepto pudor); *aut* complexa fuisses,
Sed te ne faceres tenuit reverentia famae.

Vides jam Argonautas et eorum ducem mutuo se deosculantes; vides Iasonem et Medeam, grato illum animo, hanc amore motam, alterum in alterius complexus ruiturum, nisi adolescentem pudor tardet, virgoque reverentia famae retineatur. Quae non aperta modo omnia sunt, sed etiam apta et venusta; mutationes autem eae, quae facillime vel casu fieri potuerint, vel a correctorum prava sedulitate proficisci. Et τὸ *haeret* quidem pro haeret forte habuisse videntur librarii, quomodo non raro errant; voculas autem has et similes *at*, *aut*, *ait*, *et* saepissime confundi in codicibus *), supra monui ad 4, 92; pronominumque *tu* et *te* compendia uno tantum apice inter se distinguuntur; qua de re vid. Chronici Gottwic. supra laudatus locus ad 6, 281. 147. Quam licet. 151. arboris aureae. Et sic quidem omnes codd., nisi quod ab Heinsio inspectus Hamburgensis in margine: *arietis auri*, quae diversa lectio videtur optimo Nicolao; nobis partim scriptura vetus, partim ejus explicatio. Nam *auri* genuinum puto, cui voci pro interpretamento ad-

*) Corrigam in transcursu locum Senecae, ejusmodi verborum permixtione obscuratum, qui est Thyestis 138: ubi cum libri habeant *Fas valuit nihil, Aut commune nefas*, legendum procul dubio est F. v. n. *ad* (id est adversus) c. n.

scriptum fuerit in isto codice *arietis*, sicut *velleris aurei* in Norico apud Heinsium. Ita mox: et *auro* Heros Aesonius potitur; et 213: *aurum* — Grajas misistis in urbes. *Arboris auri*, h. e. arboris, in qua fuit, sive ex qua pendebat, aurum, sicut passim usurpatur secundus casus: vid. G. J. Vossii Syntax. lat. pag. 17. Arboris aureae an idem significare per linguae indolem posset, merito dubitabat Heinsius. Sed quod ipse et Burmannus rescribendum putarunt, *arietis aurei*, proceleusmatico ac verbo contracto invectis, et quidem simul (quod nusquam fieri memini), scabrum est nec pro facilitate Ovidiana. 154. sistunt. 155. oculos ubi venit. 157. alta reportans pro altera portans, vocalibus vicinarum vocum inter se per oscitantiam commutatis. 158. Cecropios. 159. pro natis.

160. flamme. 161. liquefaciunt. 162. facit, cum glossemate: complet vota. 167. possunt. 172. ore tuo. Vid. ad 8, 610. 173. videor. 174. Nec sinat. 177. renovare.

181. Et solida. 182. relictas. 183. pedes. 186.

— nullo *it* cum murmure serpens,
Sopitae similis; nullo cum murmure sepes etc.

Imago colubrae per noctis umbras tacite serpentis, nec dormientis, ut cetera animalia, venustior est aptiorque ad augendum terrorem hujus loci, quam quae nobis oblitteranda esse cum plerisque omnibus editoribus videatur. Quod et sepes frondesque arborum *nullo cum murmure* silere dicuntur, et proximo quidem versu, nihil ad rem: siquidem scatet ejusmodi repetitionibus poëta, quibus raro et magno cum judicio utitur etiam Virgilius, velut cum ait Aen. 8, 270:

— Hanc aram luco statuit, *quae Maxima semper*
Dicetur nobis, et erit *quae maxima semper.* Secuti autem sumus a Ciofano inspectum codicem unum Maffei, in quo erat: *nullo cum murmure serpens, Sopito similis; nullo cum murmure sepes* etc., nisi quod vulgatum *Sopitae* retinendum arbitrati sumus, et τὸ *it* addidimus, quali verbo destitutum ne intelligi quidem hunc locum posse vidit Naugerius. Offecisse voculae videtur sequens. Similia quaedam protulimus supra ad 6, 527. 190. ternis et hiatibus. 195. magorum. 196. magos. 207. quamvis concussa lab. 208. cursusque. Haud nolle me reponi *currúsque a carmine*, in nota subjecta significavi; quam in rem confer 8, 356. Quanquam sic interdum Noster τὸ *quoque* iterat, velut infra 229; 3, 460; 14, 71. seq. 209. Pallent et pallet.

222. subjectaque Thesala, quemadmodum bis positae litterae semel perscribi solent. 223. cretis. *Certis* simillimum illud quidem plurimorum lectioni codicum, *cretis*, cum in nonnullis ipsum *certis* legatur, nec Burmanno displicuit, qui confert *certa ossa* Epist. 6, 90, et a Capoferreo probatum est: nam Heinsius quidem e primo Vaticano dedit *creteis regionibus*, h. e. cretosis, quia cretae feracissima fuerit Thessalia. Nos τὸ *cretis* servandum censuimus, h. e. decretis, sicut simplicia pro compositis passim ponuntur, et Tacitus dixit Ann. 15, 14: Illum locum tempusque destinatum, quid de Armenia cernerent, observantibus Micyllo ad h. l. et Fabro in Thesauro schol. erud. v. Cerno. Cf. infra 296.

224. quas altus. 225. et Pindus et. 226. Aspicit, et plantas. 228. erudani. 230. Peneos. 231. Phoebes. 234. Nona dies etiam curru. 241. ast,

sicut vetustiores. 242. Has ubi. 243. ejecta. 246. carch. mellis. 247. Alteraque.

248. lenit. *Pascit* recte Heinsius, quem vide et h. l. et Trist. 4, 4, 64. 250. fraudare senilis. 260. Tingit et infectas.

262. validum (sed notatum: *alias calido*, quod 279. sublectum videtur) positum. 263. Fervet. Malui Fervit, quod aeque bonum, imo elegantius, et quo vitetur ὁμοιοτέλευτον (fervet, albet). 265. Seminaque et flores. 266. Addidit. 268. Adicit — Lune de nocte. 271. Τὸ c in *illic* erasum. 272. Cinyfei.

276. mortali, ut vulgo ante duumviros, quorum Heinsius: "Forte," inquit, "mortari. Nam glossa codicis Urbinatis: *mortali, id est, in mortario.* atque ita Barthium in Adversariis lib. 31, 3. conjecisse video. Hactenus tamen auctorem desidero, qui *mortare* dixerit." Hoc satis esse poterat Heinsio ad judicandum glossatoris semibarbari et critici saepe dormitantis commentum. Deinde (id, quod et alii animadverterunt) aëno hic utitur Medea, non mortario, quod a tota re abhorret. Cf. 4, 505. Recte Cantabrigiensis et tres alii libri: mortalis. Munus reflorescentis aetatis, quod vel a deo tantum aliquo dari posse videretur, vel a viro omnis, quae in hominem cadit, doctrinae copia instructissimo proficisci, id munus et mortalem et feminam, eamque barbaram, proposuisse, remque ad exitum perduxisse ait mirabundus Naso. Quam quidem sententiam si quis vel ineptam vel inelegantem esse probaverit, herbam dabo et interpretem sequar Urbinatem. 280. frondes. 282. adjecit, pro abjecit. 291. corpore rugae. 293. Post hunc versum etiam B. ista inserit, quae jam Constantinus Fanensis merito rejecit:

Dissimilemque animum subiit aetate relictus. Cf. supra 170. 296. capit hoc à Colchide munus, h. e. accipit, sicut simplex pro composito passim venit. Cf. supra 223. Terentius Eun. 3, 5, 46: *Cape* hoc flabellum. — *Accipio* tristis. Nec tamen de nihilo esse mihi videtur, quod plerique libri exhibent, ab Aethide, ab Oethide, a Ethide, a Theide, a Cetide etc.; unde legendum conjicio: *capit ex Aeetide munus*, et *hoc* delendum ut glossema. Rursus Afer Andr. 4, 3, 4.: *ex* eo (Pamphilo) nunc misera quem *capit* laborem! 297. a manu prima: Nunc doli. 299. senecta est. 301. fallacis.

306. Idque (sed τὸ b in rasura et a recentiore manu.) p. pretium juvenis sine, neque opus est rescribi ex uno codice *Jamque*, quod impatientiam puellarum significet. Versus etiam sic bonus, quem totum ablegans Heinsius, tanquam spurium, videtur delirare. Tò juveni (nam sic alii libri) ortum ex jubent, v pro b *), et i pro t, scriptis, sicut passim. Vide Bentleji Opusc. philol. p. 285 ed. Lips., nos ad Plauti Men. 736, infra ad 13, 51, supra 6, 690 seq., ubi, contra t pro i posito, plerique codd. *ut* utroque loco.

308. rogantum. 312. innumeris. Sic etiam B., h. e., ut opinor, debilibus, et qui nulli amplius rei essent, qua potestate *innumerus* accipiendum interdum esse monet Barth. Adverss. 1, 2. Nam si proprie quis intelligat, innumeros quidem annos non vivunt oves: vidd. Palladius lib. 8.

*) Similiter *inviae* expressum pro *impiae* apud Senecam Agam. 964. in editione D. Cajetani, quae Mss. prope sequitur. Contra vero apud Cic. l. l. ad 6, 201. *habemus* scriptum haud dubie pro *avemus*; et similiter, ni fallor, Senecae Agam. 250. *suapte*, insolita illi contractione, pro *suave*; et 628. *saepe* pro *suevo*, sicut *saepius* pro *saevius* apud Flaccum Od. 2, 10, 9.

tit. 4, 12. tit. 13. et scriptores de re rustica. *E numeris*, quod cuiquam in mentem veniat, an dici possit pro *e gregibus*, incertus sum. 317. minuunt ea c. a. 318. exurunt. 324. flumine. 329. suos. 335. Nescio cur hic versus tantopere displicuerit Heinsio, ut eum e numero Nasonianorum eximendum putarit. Equidem hoc Catone contentus sum. 339. primo. 343. subito, sicut commutari inter se solent c et s litterae in scriptis. 344. tentat consurgere. Sic B., ut vulgo. At Burmannus: "*Consurgere tentat* quatuor libri, quod mollius." Mollius quidem est, sed ob hanc ipsam causam in re minime molli repudiandum; id quod sensisse videtur etiam doctissimus Mitscherlichius, mecum ille quidem vulgatam tuitus lectionem. Congruere sententiis debent metra. Vide nos supra ad 2, 286. 346. natae.

349. misit in undis. 357. reliquit. 361. tumulatus sine *est*. 362. Megera. 363. Ceae. 366. mutantes. 371. Cygneïa. 375. strioto. 376. negabat. 378. Desiliit. 380. servatum. 381. Delituit. 383. notorum. 384. Latoïdos. 389. timidam. 395. mare vidit regis utroque. 397. Exstat hic versus in B., sicut in codicibus ad unum omnibus, et sane sermo in eo est latinus; numeri venustissimi, siquidem hoc illud est hexametri genus, quod bucolicum dicitur, de quo vid. Terentianus Maurus pag. 2430. edit. Putsch. Neque his recisis bene mihi jungi videntur superiora cum sequentibus. Servandus ergo versus. Quanquam ut adhuc legitur proximus, ne sic quidem haec bene ex se apta sunt. Sed vide nos ad eum. 398. Hinc Titan. Sic libri. Sed hic quoque turbavit, nisi fallor, h male additum, de quo egi ad 2, 275, 555, ut pro *Ac* forte exara-

tum *Hac* denuo, ipsius, ut videbatur, sententiae causa in *Hinc* mutaretur a correctore. Certe optime haec cohaerent, si sic legas:

— Sanguine natorum perfunditur impius ensis,
Ultaque se male mater Iasonis effugit arma,
Ac, Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arcet etc.

Simili lapsu apud Phaedrum fab. 3, 17, 8. forte exaratum *At cue hergane* pro *Ad quae Ergane* Mehercule illud portentosum, in ore feminae nobis, ni fallor, peperit, sicut, de h male addito ut nihil addam, a quoque et u, c g et q, d et t litterae miscentur. Notissima vero Pallas ἐργανη, quam tamen nescio quis stupor ignorans in Herculem transformaverit.

399. justissime Phineu. Sic item uno ore codd., male. Legendum esse justissima Phini, vel Phene (sed illud vulgatae scripturae similius), jam alii viderunt. Cf. Muncker. ad fabularum 20, 21, 22. argumenta, et, quem laudat, Antonin. Liberal. Metam. cap. 6. 401. Adnexamque. 404. parentis. 410. Est, incommoda repetitione, qua etiam Heinsius offendebatur. Revocanda igitur vulgata ante Ciofanum lectio *Et* via declivis. Ceterum nihil mutandum: nam quod locum non expressit Noster, unde Cerberum Hercules abstraxerit, modo in similibus id facit, velut 10, 13; modo non facit, velut hoc loco et 4, 432. 414. pari*ter ter*nis, sicut vulgo, sed κακοφώνως; quare malim *trinis*, quae verba confunduntur; vid. interpp. ad 10, 22. 416. nactas. 417. Foecundique (sed rasum in *di* syllaba) soli. Sententia ipsa duce legendum puto Foecundumque solum. 425. laetetur. 426. tamen est geniti. 432. nec non et, sicut ubique legitur. Sed apparet, sequentia usque ad 450. ista ipsa esse

carmina, ab Atheniensium populo tum decantata. Ergo praestat legi: nec non *haec* carmina etc., *haec*, quae sequuntur. Scriptum forte eo pro hec, h. e. haec ita degeneraverit. 435. Q. suam. 449. premunt. 453. nulla est. 454. sollicitumque. 459. bello, sicut vulgo, quod elegantius sex Heinsii codicum lectione *bellum*. 460. Quaque patent aditus.

461. et hinc Stiphalida regna. 462. abest etiam a B.

464. sequ. tiron ciprum — proderit Arne Sithonis etc. In hoc loco constituendo secutus inprimis sum N. Heinsium, vestigiis partim suis insistentem, partim Constantii Fanensis sectantem et Micylli. Hos itaque videbis, uti et ceteros interpretes, quos exscribere non est meum.

469. Senos. 487. damno. 492. et portus. 494. tempora.

501. congressi primum. 502. Cecropide. 506. scapulo regni. 508-510. Locus, ut vulgo legitur, vix, et ne vix quidem, intelligendus. Mendi suspectum fatetur Heinsius; sed nimis indulget conjecturis; id quod etiam Burmanno videtur. Equidem sic legendum puto:

"Ne petite auxilium, sed sumite," dixit, "Athenae;
Nec dubie vires, quas haec habet insula, vestras
Ducite! *Ut* omnis eat: (rerum status iste mearum)
Robora non desunt; superat mihi miles, *ut* hosti.

Quae sic interpretor: "Libere utamini, Athenienses, hoc meo auxilio, et omnes Aeginae insulae copias ad bellum vobis adhibete tanquam vestras. Ut omnis (Aegina, h. e. omnes ejus in-

colae) vobiscum eant: tamen (qui rerum mearum status est) robora mihi non desunt, ut cui milites eodem modo superent, quo hosti, Minoï." Quod militem sibi superfuturum tamen dicit Aeacus, etiamsi omnis sua insula bellum sequatur, eo pertinet, quod Aeginetae priscis illis temporibus aeque potentes mari fuere quam Cretenses, qua de re vid. Herodotus 5, 81, ejusque interpretes: ut de Minoe atque Aeaco idem dici tunc potuerit, quod infra 14, 455. de Aenea et Turno:

Auget uterque suas *externo* robore vires.

Quemadmodum igitur 461 seq. Anaphen et, quae aliae ibi recensentur, insulas in partes suas traxisse dicitur rex Cretensium, ita Aeginetarum Oliaron, Didymasque, et quae praeterea nominantur 469. 470, sibi adjunxerit, utpote a Cretensibus alienas. Sententia, ut opinor, apta; verba fere immutata: nam quod bis (et posteriore quidem loco ex Burmanni sententia) *ut* pro *et* reponendum duxi, quam lene sit, explicatum supra est ad 4, 92; maxime vero interpunctione adjutus locus, a qua haec laborare sensit etiam Naugerius, cum monuit, melius fortasse ita dividi, secundum Planudem:

Dicite: et omnis eat rerum status iste mearum.

512. Nihil mutat codex, nec tamen haec omnino sana. Legendum puto:

"Imo ita! *sed*," Cephalus, "crescat tua civibus opto
Res," ait. "Adveniens etc.

h. e.: "Imo volo sic esse (nam voventis est *Imo ita*, ut recte monet Burmannus), volo te aeque ac Minoem pollere sociis, ut te pollere ais; sed opto ut et ipsis *civibus* res crescat tua: nam lae-

tatus quidem sum pulcra tua juventute, quam adveniens offendi; sed multos, qui olim hic mecum fuere, jam non amplius vidi." Prudens profecto oratio, et quae deceat Atticum urbanum, nec tamen pro candore suo, qua in parte afflictae sibi videantur res amici atque socii, dissimulantem. Quod ad *sed* pro *sit* rescriptum a me attinet, qui quidem ipse sententiae cardo, exaratum initio *set* pro *sed*, more librariorum, ut monet Ciofanus ad 14, 476, sic porro mutatum fuerit, proclivi lapsu. 515. ante requiro. 517. locutus; ut fere codd. Sed unus Moreti: profatus, bene. Virgilius 1, 561:

Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur.

Huic illud explicandi gratia adscriptum est. 518, 19. secuta est, recte; neque hoc latuit Schepperum in Tan. Fabri Epist. 2, 71, qui (Schepperum dico) etiam sequente versu jubens legi *sine illo* (flebili principio) pro vulgatis *sine ullo*, quae ad *ordine* in proximis male referuntur, rem acu tetigit; quem frustra cavillatur Burmannus. 520. repetam. Sic B. et codd., neque opus Schepperiano *referam*, trito quidem illo, sed minus χαρακτηριστικῶ in sene, qualem Aeacum descripsit 478, qui haec tam gravia atque mira eventa saepius narrasse existimandus est. 520. moreris. 522. Et. Sed friget particula, ut fere malim: Hoi (vel Heu), quota pars etc. *Et* ex *ei* ortum videtur: vid. supra ad 306; 2, 275. B. quoque: illic pro illi. 524. exose, h. e. exosae. 525-527. Hi versus post 551. — inculcandi mihi videntur, ne bis idem generatim dicat poëta hoc loco et 561, sed haec ad mulomedicos et id genus artifices referantur, sicut versu 561. de sola hominum curatione agitur. Quae

iidem Lucretius quoque distinguit 6, 1177. et 124. Junctim igitur legenda ista hoc modo artror:

Dum visum mortale malum, tantaeque latebat
Causa nocens cladis: pugnatum est arte medendi.
Exitium superabat opem. Quae *ut* victa jacebat:
Pervenit ad miseros damno graviore colonos
Pestis, et in magnae dominatur moenibus urbis,

quae sequuntur: ut hoc videlicet dicat Aeacus: ostquam ad animalia sananda nihil valuerit ars iedica, itaque illorum major in dies numerus este correptus occiderit, auramque infecerit, im ad ipsos quoque colonos civesque malum ervenisse, eo quidem graviore damno, quo raestantiores animalibus homines. Sic et alibi ansposit versus cum apud alios, tum hunc Iostrum; qua de re vid. supra ad 3, 417. Quod orum versuum medio, conjungendorum memrorum causa inserui, *ut*, a sequenti simili *ui* - iptum puto: vid. supra ad 306. Quo versu tiam B.: *opes*, sicut plerique codices. In proimis imperfecto (jacebat) subjectum praesens Pervenit) ne miremur, faciunt similes, quae assim habentur, loci, velut 8, 11 - 13. In suerioribus pro *nocens* tres libri a Burmanno colati exhibent *recens;* malim *potens:* nam nocens tiam mortalis, imo cujusvis, mali causa; sed otens recte dicitur ira deae; nec male Burm. ad ocum similem 13 - 562: "*nocentem* glossatoris st, qui *valentem* (vel *potentem*) explicabat, ita iribus valentem, ut nocere posset." Mirum

autem, generatim ut loquar, quam saepe p et n litterae commutatae inter se fuerint; id quod ostendere studui ad Plauti Mil. 678, Truc. 285 *); nec non t et c simillima in scriptis; quod multis probare putidum. 530. plenis explevit. 532. aestibus. 537. depressa.

543. palmae; sed apparet in litura, palm*as* fuisse initio. 545. non fidere. 547. agrisque jugis. 549. loquar. 554. flammisque fatiscunt. 555. anh. igni. 556. tepidisque. 562. obsunt. 564. atque. Vid. ad 9, 141. 570. nequeunt multi. 571. aliquis, ut fere codd., h. e. alius quis, ut nihil novandum putem. Cf. 3, 644. 572. Hic versus vulgo ante 570. inculcatur; sed inepte, postquam dictum est, miseros istos habendo finiisse vitam, jam addatur, multos inde, h. e. e fluviis fontibusque et puteis, graves surgere non potuisse, et ipsis aquis esse immortuos, quasi dicas obiisse, postquam obierint. Odoratus horum nonnihil Heinsius, hunc et sequentem versum in suspicionem adducit, quam dimovere ita studet Burmannus, ut ne ipsum quidem vim conjunctionis in verbis *aliquis tamen haurit et illas* percepisse intelligatur. Quemadmodum enim *καὶ* Graecorum non suo loco interdum ponitur, sed ab initio sententiae removetur, qua de re vide nos ad Sophoclis Antig. 187. Pindari Olymp. 7, 47, et, quas ibi laudamus, G. Hermanni Commentat. de Metris Pindari et Epistol. ad Heynium pag. 402: ita etiam apud Latinos, illorum discipulos, in vocula *et* usurpatum nonnunquam invenitur hyperbaton, velut *haurit et* hoc loco valet *et haurit*, conjun-

*) Etiam Senecae Here. Oet. 1116. legendum puto Et Mors fata novissima *Ipsi* constituet sibi, non In se const. sibi, quae vulgo librorum lectio ταυτολογος est.

ione referenda ad Nec sequens; et similiter 497. neque ita distinguendum est: *pereat sceratus: et ille Spemque patris* etc., neque renendum cum Heinsio: *p. scel., et una* etc., d uno tenore est legendum *pereat sceleratus et e*, h. e. et ille sceleratus pereat, τῷ *et* item reto ad *que* in proximis; primi denique libri ersu 2. quod legitur *nam vos mutastis et illas* ihil aliud significat quam hoc: nam vos et (h. e. iam) mutastis illas; id quod alii pridem animadrterunt, aliis item vel cavillatis Nostrum, vel ortenta lectionum comminiscentibus. Sic igiir locus hic scribendus:

Passim, positoque pudore,
Fontibus et fluviis puteisque capacibus haerent.
Inde graves multi nequeunt consurgere; et ipsis
Immoriuntur aquis; aliquis tamen haurit et illas,
Nec prius est extincta sitis quam vita bibendo.

gi de hujusmodi transpositionibus supra ad 25 – 527.

576. crimine magno. 578. terraque. 579. assaque.

583. Ni vitam. 582. putrida. 589. dedit. 90. dixit.

599. tinguit. 601. Minus haec conjuncta. ortasse fuit: Prodidit, ut etc. 607. B. quoque, icut unus Mediceus: F.: nullae cap. f. p., quod onge vulgato elegantius et vere Ovidianum. 12. Natorumque virumque. 616. Isse sub a. A. . ignes. 619. tonitrumque secundum. 620. sint. 21. des mihi pignoris omen. 622. rarissima. ic etiam B. Sed recte Burmannus: "Si *patuli*,"

inquit, "rami, qua ratione *rarissima* diei quercus possit vix video, cum melius *densissima* deberet esse. Forte, *clarissima*, nam *rarus* et *clarus* passim confuderunt librarii, ut lib. 2. Pont. 3, 55 *juvenis rarissime*, ubi alii, *clarissime* vel *carissime*. et ita alibi." Habet sane, quo commendetur, illud *clarissima*, quod videtur mihi abiisse primum in *carissima*, mox propter c et r litterarum vicinitatem, in *rarissima*. Nec tamen *clarissima* Ovidii manum puto, sed *celeberrima*. *Quercus patulis celeberrima ramis*, h. e. frequentissima vel densissima recte atque eleganter dicitur, sicut 8, 329 Silva frequens trabibus: nam *frequens* idem fere τῷ *celeber*. Densissimam ramis fuisse arborem, versum 636. consideranti liquet. Huic verbo adscriptum pro glossemate fuerit *clarissima*, et sic porro. 628. supple. 636. ramis. 637. tremescere. 639. subito majus m. videtur. 644. sed, sicut alter Palat. Nihil opus: vid. ad 2, 291. Apposite Ciofanus confert Ex Pont. 3, 1, 113:

Morte *nihil* opus est, nihil Icariotide telâ.

647. Esse v. T. properans. Bene Heinsius e Lovaniensi et altero Twisdenio protulit *Ecce meus*, sed quod ait, τὸ *venit* subintelligendum esse, fallitur et fallit, cum sic τὸ *Ecce* referatur ad *dixit* in sequentibus.

648. Speque paterque fide. 651. Adspicio nos hique adeunt. 656. parcum genus est pat., ut vulgo ante Heinsium ejusque libros cognitos, quibus non semper adhibenda fides est. Certe hic ter illatum *que* languidi aliquid habet, a quo immunis lectio vulgata. 657. et quod q. reservet. 662. pars optima. 669. regebant. 679 illo. 687. *et cetera nota pudore*. 690. posset.

695. magnae. 702. Hymeti. 705. roseo quod sit. 716. movebat, h. e. movebant, haud male quidem. Sed *jubebant* rectius sequenti *prohibebant* opponitur. 720. quid doleam statuo. 724. illa, solita permutatione. 726. aditus — factus. 730. nulla mihi form. 731. tristis.

739. tum — spopondi. 741. Mala pectora detego tractus, et τῷ tractus superscriptum: tectus In margine hoc: al'.: mala pacta nego, male pactus adulter. Bene, quod *pacta*, quia vel pacta Procris vel certe in eo fuerat, ut pacisceretur, quod idem videtur Cephalo perturbato. Ceterum alii vetustiorum: Male fictor adest, male (vel: ego) fictus adulter; alii aliter; sed ex hac et Berolinensis lectione libri, quae tamen ejus non est propria, haud inepte, ut opinor, legendum conjeceris: "*Male pacta, sat est! ego fictus adulter, Verus eram conjux.* Terentius Andr. 1, 1, 143: SOS. *Sat est;* curabo. Et. ib. 2, 1, 35.: *Sat habeo*, ad quem locum interpres vetus: Sic antiqui pro *Sufficit* dicebant. Sed unde illud *Sat est?* quaerat quispiam. Ajo id latere in insulsis istis *pectora detego.* Vicinae enim cum sint s et r litterae in codicibus, qua de re monuit J. F. Gronovius Observatt. 1, 15, nec raro t et d inter se commutentur, id quod probare passim studui in Annotationibus ad Plautum a me editum (cf. et infra 8, 133), haec igitur cum ita sint: sine intervallis scripta verba *pacta satestego* facillime in *pacta radestego* degenerare potuerunt, ex quibus male feriati correctores nunc *pectora adest ego*, nunc fecerint *pectora detego*, sicut hodieque est in libris. Quod Heinsio et Burmanno placuit, *Male tectus ego en, male pactus adulter*, et minus lepidum

mihi videtur, et plurimorum codicum dissimilius lectioni.

751. Hec. 753. si. 756. habere. 758. mirandum.

759. naïades. 760. Solvit, vel potius: Solvunt. 761. Hic versus post sequentem legitur in B. 763. immissa est bestia. 764. Cessit et exit m. p. virorum. Locus corruptus. Inepte autem *multi* tantum, non omnes, agricolae timuisse belluam istam dicuntur; nam si non omnes, h. e. omnes Thebani, eam timuerunt, cur non dicitur, quis eam aggressus fuerit? cur convocanda fuit juventus? Accedit male suppressum nomen bestiae, id quod nusquam fit. Quid multa? Mendosum est τὸ *multi*, pro eoque *vulpes* substituendum ex omnibus historicis aliisque, qui hanc rem commemoravere, scriptoribus non paucis, quos recenset Heinsius ad 762. Deinde *exitium*, non *exitio*, legendum est, et *virûmque* pro *suoque* secundum B. Litteris haec fortasse majusculis ita exarata EXITIVM *VVLPEC PEC*ORVMQVE facile depravata fuerint, cum et alterum V in VVLPEC omissum esset, et posteriorem ejus vocabuli syllabam sequentis prior similis rapuisset; quibus factis τὸ M in EXITIVM male geminantes, ex VL mutilato MVL, mox MVLTI, exsculpserint librarii; quomodo sexcenties erratum est in libris. 765. Orriferam pavere. 769. quos. 770. et cetum non segnior. 777. cum torto. 779. subjectisque. 780. Tollor in hunc.

783. spatiumque. 786. vanos. 790. et medio. 792. ambos. 794. in illo est, frequenti lapsu. 798. Aeacide. 804. cacum. montis. 806. equi. 807. solebant. 810. exhalat. 812. expetebam.

816. addideram. 817. blanda. 818. sic sol. 820. Spes (non assecuto compendium librario) i. t. s. capiatur. Similiter Liv. 7, 40. compendium verbi *modo* vel non vidisse, vel minus intellexisse videtur librarius, *quocunque* exarans pro *quomodocunque*. Sic enim legendum puto istum locum nobilissimi historici: "Tite Quinti, *quomodocunque* istoc loco (vel istic loci), seu volens seu invitus, constitisti" etc., siquidem de loco, in quo constitisset T. Quintius, dubium non erat, sed de modo, quo factum esset, ut seditiosorum dux adveniret civis adhuc optimus. Et sic passim compendia vocum ansas praebuere corruptionum. 824. index. 832. superatque. 833. Indiciique. Fortasse descriptor voluit Indiciisque; sed vulgatum praestat. 843. Ei. 845. Semianimem. 848. Mollibus. 853. oro vestrosque meosque. Egregie. *Vestros*, h. e. tuos, Cephale, et omnium, qui vivunt; *meos*, inferos, qui jam sui videntur moriturae. *Superosque* glossema est. Propertius 2, 22, 31:

Quid tu matutinus, ait, speculator amicae?
Me similem *vestris* moribus esse putas?

vestris, h. e. tuis et ceterorum virorum. 856. enubere, sicut e et in saepius miscentur. Vid. supra ad 3, 150.

VIII, 5. tetigere. 7. 8. urbem Alcathoe. 15. Latonia. 17. transcendere. 19. Nihil mutat codex. Sed Leidensis: *Cum pax tuta foret*, numeris erectioribus; alter Mediceus et Neapol.: *bellum quoque tuere solebat*, *belli* (h. e. in bello: vid. interpretes ad Plauti Amph. 2, 2, 16.) pro compendio *bellū*, nisi fallor, accepto. Bene autem *turre*: ne superfluum *saepe* iterum inculcetur: nam quae solent, ea *saepe* fieri per se in-

telligitur. Quanquam haud ignoro 1, 639. et locos similes. Quodsi verbum retinendum sit: malim equidem reponi *sedebat* pro *solebat*, quae vocabula confundi monent Heinsius et Burm. infra ad 42, quo loco quod legitur *Utque sedebat*, non inepte huc retuleris. Nec facile quisquam desideret τὸ *solebat*, cum modo praecesserit: Saepe illuc *solita est* etc. Dederit igitur poëta:

— Bello quoque turre (vel: saepe) sedebat

Spectare ex illâ rigidi certamina Martis,

eleganti hellenismo, quem illustrat Heinsius ad 5, 660.

26. Seu galea. 28. Interrogantur haec, et similiter, quae 30. Nota loquendi forma, quam exemplis illustravi in Annott. ad Senecae Herc. fur. 577. 30. Impositis calamis pat. 31. sagiptis. 40. mictere. Cf. 1, 63. 45. Minos est h. a. 46. nunquam. 48. comitem, me p. p. haberet. 49. peperit, t. p. regum. 50. ipsa, quod rectius. 52. possem, rectius id quoque in re, quae prorsus fieri non posse videatur. 58. gerit. 60. Quis enim manet. 61. reseret mea. 65. durus. 73. Est deus. 75. Notatur alia lectio: amanti. 76. illa. 88. meriti. 89. paventem est. 91. patriamque. 93. me non trad., solito errore. Vid. ad 6, 17. 98. negetur. 102. recunabula.

103. impleri. 107. sparsis, ut solet. 112. amor movit.

116. sequ. B. quoque: ob ora, quae —. Legendum uno tenore:

— Patris ob ora,

Quae tibi donavi, cives odere merentem,

Finitimi exemplum metuunt.

121. Armeniae. 123. falsa est fabula vester est.

127. merui, sum. 128. Sed tamen. Frustra pronomen repetitur. 131. vero. 133. Discordem. Bene Heinsius: Dissortem C et S, D et T, litteras misceri, supra monui ad 3,261; 7,343, 525. 138. divisaque. 139. simul et, quod fortasse fuit: simul ei, h e. s. hei. 141. puppemque. 142. undis. 146. alictus. Scriptum ab initio alieetos, deinde τῷ e semel posito alietos, mox alictos et latina terminatione alictus, propter e et c litterarum similitudinem. 147. laceraret. 148. dimisit. 152. sanguine centum. 165. ad mare. 170. semine. 173. relicto. 174. cyam. 176. destituit. 180. nitidos. 184. tactusque.

188. demittit. 195. imitetur. 207. strictumque. 218. baculo pastor stivaque. 222. erat. 224. tactus. 231. Etiam B. bis habet τὸ dixit; recte: vid. ad 6,381. 235. de nom. 266. acervis. 273. plenis s. annis. 274. frugum. 277. ambitiosus. 278. Praeteritas — Latoïdos. 279. deam. 284. horrida. 290. crescentes. 300. caluere. 306. ferox. Ita et B. Sed mox sequitur *feroxque Hippasus*, ut propemodum malim:

Leucippusque *fero*, jaculoque insignis Acastus. fero, h. e. leone seu pelle leonina, sicut apud Catullum et Phaedrum usurpatur *ferus*. Seneca Herc. fur. 45. Armatus venit *Leone* et hydra; et 465: cujus et humeris *leo* — excidit. Spem ab se interficiendi quamvis immanis apri dare is poterat, qui leonem occidisset. Et similiter supra 301: Spectatus caestibus alter, Alter *equo*. Lapsus proclivis. 308. parens et Phyleus Elide missus. 309 magnique. 311. Eur. cursuque inv. 313. annis. Haec passim confunduntur. Vidd. interpp. ad Horat. Serm. 1, 1, 4. 317. Sic et B. Malim: nemorique Lyceo, ne duo genitivi componantur. Vid. Burm. infra ad 9,770;

10, 347; cf. et 11, 223, 417, nos ad Soph. Ant. 847. 318. Hic versus, quo impressi libri carent, in scriptis sic habet: Venit Atalanta (vel: Atalantis) Schoenei pulcherrima virgo, nec sententia proba, et numeris innumeris. Scilicet, Iasii nomine forte oblitterato, Schoeneï nescio quis imperitus adscripsit e libro decimo: nam Ovidio cave imputes hoc peccatum, vati doctissimo. Sublato autem isto nomine in pejus pejusque ruere versus, donec res in eum locum deducta est, ut prorsus haec abjicienda potius quam emendanda viderentur. Legendum itaque censeo:

— nemorique decus Tegeaea Lyceo,
Iasii, Atalanta, venit pulcherrima virgo.

De non liquescente nominis Iasii syllaba extrema cf. supra 309, 314, et G. J. Vossii Prosod. lat. pag. 145. Ceterum B. quoque: Atalantis. 322. cultu. 337. longe parva. 339. excussis elisus. 343 furenti. 349. actor. 352. illo est. 353. ferrum.

356. Emicat ex o. spirat quoque p. f. Recte scripti octo: Lux micat; quinque: spiratque e pectore flamma. Cf. de hoc 7, 208; 9, 41, 587. 359. certo. 370. fidensque. 378. Prosequitur. 382. distrinxit. 391. anteus pro Anceus, h. e. Ancaeus. Cf. 401. 395. Invita tamen hunc, evitato ὁμοιοτελεύτῳ medii atque extremi versus, et fortius. 399 audentem. 400. ad inguina.

401. anteus. 402. mad. sanguine terra est. Διττογραφια, puto, sicut passim similia. 408. cornu. *Cornum* neutro genere fructum arboris designat; sed hic jaculo nobis opus est. Legam equidem:

Dixit, et aeratam torsit grave cuspide cornum,
Quâ bene libratâ, votique potente futurâ
Obstitit esculeâ frondosus ab arbore ramus.

Grave cuspide, h. e. gravi, sicut 15, 742. dixit specie coeleste et alibi coeleste sagitta pro coelesti, de quo vidd. grammatici. Durior Burmanni ratio, suadentis: aerata contorsit cuspide cornum, Quâ bene libratâ etc. 409 Cui b. l voto potenti; sed rasum est. 412. V. et in mentum figit. 417. fudit. 424. cruentat. 427. mea gloria. 430. laetitia. 436. D. neu sit longo tibi c. a. 443. prioris 447. clamoribus 452. in flammas. 460. taedasque et framina (omisso g). 464. Et diversa. 474. Perque vices. 494. ipse. 499. ubi sunt. 515. Meleager ab illa. 517. et magnos. 520. fratresque. 525. Paulatimque cana pruinam. Repetitio τοῦ *paulatim* non adeo insulsa mihi videtur, ut propterea versus expungendus sit cum Heinsio et Burmanno illorumque sectatoribus. Sententia bona; oratio latina; numeri tardi et qui rei moestae conveniant. 526. lugens. 527. Et vulgus. 528. Ora simul plangunt matres Calydones heu. 533. linguis. 535. vota (voluit: verba, quae vocabula saepe confunduntur) sororum. 539. versant. 540. saxo. 541. Nomina utrobique. 542. Q. post aonie t. Latonia.

543. Exsaturata. 551. in litura: Cecropide. 554. rapi. 556. culmine. 559. captet. 562. vel levibus.

564. lacus nabant. 567. illac. 568. parvis sparsus jam. 569. aliis. 573. Ingeminam pos. m. Tunc.

576. gerit. 584. animis — undis. 588. deduxit — revellit. 591. Perimelem. 595. prox. mundi. 599. sis mitis. 602. Hunc versum neque B. habet, in hoc conspirans cum uno Vossiano. Ferendus tamen mihi videtur, modo pro vulgato *quondam* legatur *quoniam*, quod ipsa sententia requirit. 603. *pietate*. Libri *feritate*,

quod ex antecedente versu irrepserit. Quanquam et f cum p littera saepius mixta deprehenditur; qua de re vidd. interpp. ad Phaedri Fab. 2, 2, 8. Pietate *paternâ*, quia, ut ait fabulator 3, 15, 17,

Facit parentes *bonitas*, non necessitas.

604. Hunc, ut vulgo ante Heinsium, h. e. hunc locum, in quem convertas licet amatam Nympham. Nil pote planius, ut mirer hic titubasse viros doctissimos.

609. totum *Tactum* liber Sixii, "eleganti et Ovidiana repetitione." Addo, vulgatam lectionem *totum* ab ipsa sententia abhorrere, cum his duobus versibus pectoris tantum et istarum partium agatur mutatio, sequentibusque demum *artus* (h. e. totum Nymphae corpus) in terram atque insulam dicantur conversos esse. Vide monita a nobis ad 611. 610. B quoque: induità terrà, sicut vulgo. Plurimi tamen scripti: inductis terris. Neutrum rectum, cum idem vocabulum proximo sit versu, nec *terrae* satis convenire videatur *durescere* in superioribus. Legendum puto *inductis petris*. Sic t d et p litterae nonnunquam altera alteri offecere, velut supra 7, 172 *tuo* pro *pio* legitur in plerisque libris, et contra 8, 31 *sagiptis* pro *sagittis* in Ms. B, et ibidem 172. *nullis superata* pro *nullis iterata* in pluribus; 8. vero 726. codd.: *deum* (vel *dei*) *dii sunt* pro eo, quod recte repositum est ab Heinsio, *pii dîs sunt* T autem et r multo etiam similiora in aevi medii Mss. 611. sequ. Nihil mutat codex, et optimam mehercule sententiam habet locus, neque quidquam superflui, id quod Heinsio videbatur, qui vel versus 607. — 610., vel 612. 613. tollendos perperam censebat, cum plane δραματικῶς Amnis dum contrectarit pectus Nymphae, partem eam corporis diriguisse di-

cat; dumque vix vocem aliquam vel admirationis vel cum amore conjunctae misericordiae emiserit (*Dum loquor* etc.), totam terra contectam et mutatam esse in insulam cognominem; quomodo passim in expendendis quasi momentis mutationum ludit ingenium Ovidianum: cf. 2, 345; 5, 427; infra 712; 9, 349, et quae ibi sequuntur. 618. verba. 623. medio.

626. stagnum est. 631. B. quoque: *tamen*. Malim nihilominus: *tandem*, quae verba non semel mixta. Cf. 9, 57, et ibi Heins.; 9, 375.

636. Putide vulgati libri:

— paupertatemque fatendo
Effecere levem nec iniquâ mente ferendam.

h. e. levem et levem. Ms. Berolinensis: ferenda. Lege: ferendo. Paupertatem et fatendo et non aegre ferendo effecere levem. Sic Noster Eleg. 2, 1: Leve fit, *quod bene fertur*, onus. Horatius Od. 1, 24. extremâ:

— Levius fit *patientia*,
Quidquid corrigere est nefas.

Vidd. etiam Heinsius et Burmannus ad h. l. Quod versus iam ὁμοιοτέλευται, monuimus eâ de re ad 2, 681. 637. illic dominos famulosve. 642. Quod super injecit. 645. flammas flatu p. a. 652 Quid audio? ut *exiguam* tantum tergoris suilli partem posuerint senes, quorûm, ut infra dicitur, super omnia vultus essent boni, neque iners pauperque voluntas? De praesenti copia exiguam partem dare non est hospitalis, sed ad rem attentioris quam satis est. Lege: *exiniam*, petasonem. Haec verba et alibi confusa: vid. Heins. ad Art. am. 2, 603. 654. Et sentire mor.

655. d[illegible]a. 658. Impositis. Post hunc versum qui spurius in plerisque libris legitur, et hic comparet sic scriptus:

Concutiuntque torum de molli fluminis ulva. *Consternunt* (nam sic alii codd.) primus nescio quis adscripsit, puto, verbo *velant;* alius ad *torum* appinxit *de molli ulva*, quod in superioribus sublectum; tertius denique, versum fabricaturus, addidit *fluminis*. Sic contaminantur scriptores. 665. texere. 671. argento. 677. Primaque. Vid. ad 13, 209. 681. toties, sicut Palatini; sed nihil opus. Distinguendum post *haustum*, h. e. haustum est. Cf. 9, 129. 695. B. quoque:

Ite simul. parent; et dis praeeuntibus ambo
Membra levant baculis; tardique senilibus annis
Nituntur etc.

de quibus, uti et de insertis vulgo post 698, assentior Heinsio, tollenda esse. 698. Spuria ista sic se habent in B :

— mersa palude,
Mersa vident, quaeruntque suae pia culmina villae.
Sola loca stabat (voluerit, quisquis ille fuit: Sola loco stabat), quae dis fuit hospita magnis.

703. sequ. B. cum plerisque libris:

Stramina flavescunt, aurataque tecta videntur, (h. e. conspiciuntur)
Caelataeque fores, adopertaque marmore tellus,

quam lectionem cur huic, quae nunc libros occupat,

Stramina flavescunt, adopertaque marmore tellus,
Caelataeque fores, auratae tecta videntur,

posthabuerit Heinsius, scio cum ignarissimis, nisi quod ex fide optimorum codicum haec ita

legenda esse contendit vir doctissimus. At vero praeposterus hic ordo, ut quo cogamur a straminibus, h. e. ab eo, quo instrata erat casa Philemonis, in terram despicere, mox visu reflexo considerare fores, denique rursus intueri aurata tecta, cum in vulgatis istis omnia recte aliud ex alio apta sint, straminibus conjunctis cum auratis, in quae conversa fuere, tectis, cumque his porro et foribus et cingente domum terra marmore contecta. Sic abripi nonnunquam se passus est Heinsius librorum suorum auctoritate, quae auctoritas nunquam valere debet contra rationem. Hac itaque nos stabilitam Berolinensis cum eoque hac in parte facientium librorum scripturam postliminio recipiendam duximus; cumque aliquando τοῦ *flavescunt*, viris quibusdam doctis auscultantes, addubitassemus fidem: jam falsum esse, quod isti putant, omne stramen flavere (siquidem aestate, qua haec fieri cogitanda, *viridi* arundine calamoque denuo sterni solent domus agrestes), recteque igitur hoc loco flavescere dici intelligentes stramen propterea quod in auri laminas mutaretur (nam flavus auri color): nę illud quidem vocabulum in suspicionem amplius adducimus, neque pro eo vel substituamus, id quod Capoferreo in mentem venit, *fulvescunt*, utpote eodem id pertinens quo *flavescunt;* vel cuiquam auctores simus ut reponat *vanescunt*, quod fuit cum nobismet ipsis placeret; sed recte haec omnia se habere, prout in vulgo, quamvis despectis, libris leguntur affirmarimus. Ceterum sic et infra hallucinati sunt librarii 14, 73. sequ. et Berolinensis 5, 208. 705. Talia tunc, ut item vulgo ante Heinsium, qui: "*Cum*," inquit, "ex scriptis, ut saepe alibi." Fateor, *cum* saepe sic legi, sed nunquam id prae-

cedente *Dum* fieri contendo, ut quae similis significationis particula excludat illam. Atqui huc ista pertinerent in superioribus: *Dumque* ea mirantur, *dum* deflent fata suorum, si verum vidisset criticus Batavus; nunc etiam hoc loco humani aliquid passus, legendumque est, ut ante: Talia *tum* placido Saturnius edidit ore. 708. Judicium. 712. tumulatus. 714. annis aevoque. Sic etiam B., h. e. annoso seu longo aevo, per Hendiadyein. Malit Heinsius: annis senioque; sed nihil opus. 716. Narrarent casus. 718. geminos. 721. hineius, cum glossa: Ielex filius tinei. Alii aliter, sed qui libri exhibent *Cineius*, proxime abesse mihi videntur a vero, *Sigeius*, h. e. Phrygius, siquidem et C pro S olim scriptum est, et g in c aliasque similes litteras passim mutatum fuisse inter omnes constat. 13, 3:

Utque erat impatiens irae, *Sigea* torvo
Littora respexit classemque in littore voltu.

726. Cura deum dii sunt — colantur. Vid. ad 13, 104. 729. Cal. heros. 732. vis est, prono lapsu. 733. complexo.

739. ignis contr. undis. 742. odores. 750. Circumiere. 752. S. s. h. omnis quantum fuit h. s. illa. 753. Nec tam. — driopeius ab illa. 756. Edidit erapta. 759. telum dum. 760. decida qu.

768. bipennem. 772. Ed. et med. s. e. de rob.

779. nemorumque. 786. quat. illi. 789. agrestem compellit. Malim autem agrestis, h. e. ipsa Ceres, quae opponitur *montani* deae *numinis* (nam deae in hisce intelligendum ex superioribus), Oreadi. 1, 192:

— Sunt *rustica* numina, Nymphae
Faunique Satyrique, et *monticolae* Silvani.

Et ita haec distingui solent. 794. ne. 797. moderare. 802. raris. 804. Labraque cana. 807. erat, super ventre. 814. Famem est. 820. N. enim t. g. a. ulnis. 821. pectora, asperato numero; quod venustum in re tristi. Vid. ad 2, 286.

827. refringit. 831. guttura etiam B. 841. plura placent. 843. illo est. 844. cibi semp. 845. manebat. 847. dura. 848. gulae. et tandem. 854. quamvis ea visa. 856. vultus. 861. cum viridi, ut Barberin. 867. stud. intentus inh. 873. B. quoque suam — sensit. Duriusculum tamen mihi videtur *suam* pro *suam filiam*. An fuit *satam*, et similiter 13, 627: Ascaniumque *satum*? Judicent eruditiores. 874. driopida tradit. 878. dederatque.

IX, 6. omissum *est*. 12. Pareone. 16. dixi, ut omnes libri, cum ab uno Strozzae discesseris, ex quo *duxi* arcessivit Heinsius. Sed longe fortius palam haec dicit et coram Hercule Achelous, quam secum modo cogitat. Quamobrem neque codicem istum h. l. secutus sum, neque Heinsianum probo commentum hoc:

Contra ego turpe ratus mortali cedere, dixi: nam cuinam, quaeso, persuadeat vir doctissimus, excidisse τὸ *ratus*, pro eoque *deum* irrepsisse ex interpretatione interlineari? 17. dominum, sicut fere codd. Sex: *regem*, quod recepit Heinsius, quamvis putidum requente *regna*. 10, 16: Umbrarum dominum etc. Et sic passim, ut *regem* a glossatore adscriptum videatur. Etiam versus vocabulo *dominum* erigitur. 18. fluentem. 19. extremis. 20. omissum *et*, neque omnino male, si ita haec distinguas:

Sed, popularis, ero rerum pars priva tuarum,

h. e. popularis cum sim. 21. Ne noceat tantum.

25. petis. Elige. Sed recte Capoferreus: "Quae," inquit, "praecedunt et quae sequuntur, docent haec efferenda per interrogationem." 29. lingua est. 32. pallam, bene; cujus glossema est, quod legitur in libris vulgatis et in B. inter lineas, *vestem*. Palla deorum atque heroum (velut Herculis Senec. Herc. Oet. 716 seqq.), item tragoedorum eos imitantium. Caligula apud Suetonium cap. 54, illorum aliquem saltaturus, palla et tunica talari processit. Vidd. ibi et infra ad 11, 166. interpp., item Barth. ad Claudian. pag. 736, Brouckhus. ad Tibull. 4, 6, 13, Ernest. Clav. Cic. v. Palla, C. Levezowii libri vernacula lingua scripti, alter de gente Lycomedea pag. 48, alter de Antinoo pag. 85. 41. suo quoque pondere, τῷ *que* male geminato, ut opinor. Cf. 7, 208.

42. rursusque. 45. petebam. 52. Excutit. 53. certum est. 54. advertit — adhaesit. 55. mihi nunc gloria, τῷ *nunc* quidem plane ἀμέτρῳ, sed propterea non spernendo. Nempe hic quoque verba *neque enim* turbasse videantur, sicut alibi non semel; qua de re monui ad 2, 301, ut rescribendum sit: Si q. f. (neque nunc fictâ mihi g. v. Q.) etc.; nisi praestet *mihi* expungi hoc versu, cum sequente legatur, et sic reponi secundum codicem:

Si qua fides (neque enim fictâ nunc gloria voce
Quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar.

Ita quidem censeo. 57. tamen inserui. Malim *tandem* cum Heinsio. 58. solvo. 60. tunc. 66. inludens. 74. redegi. 75. credis falsum. 79. vellere.

82. illa. 83. depressaque. 85. satis hoc f. 87. odore. 94. tempora. 95. totaeque. 98. dluic

cum linea transversa in mediis dl litteris, quod *doluit* fuisse initio mihi videtur. 99. sospes habet. 104 hebeni. Vid. ad 2, 275; 7, 306. 111. B. quoque, sicut vulgati codd., versum hoc loco habet, cum in vetustioribus plerisque Heinsio visis male inferatur post sequentem. Delendum censet idem vir doctus, haud dubie compositis verbis *pallentemque metu, timentem* et *pavidam* offensus. Et merito. Sed non secandum statim est. Corruptus locus, quem restituere mihi videor legendo:

Pallentemque metu fluviumque ipsumque bimembrem
Tradidit Aonius avido Calydonida Nesso.

h. e. Calydonida, quae et fluvium pallebat, et ipsum bimembrem, Centaurum, quo pertinet Viviani lectio codicis *fluvium Nessumque*, quae ex glossemate videtur conflata esse. Pallentem active, sicut (uno exemplo ut defungar) Horatius Od. 3, 27, 26:

— et scatentem
Belluis pontum mediasque fraudes
Palluit audax.

Avido, cupido, sicut supra legitur 7, 143: avidisque amplexibus haeret, etc. Bimembrem, ut ipse Noster 12, 240, 494; 15, 283. Passim autem inter se permutatae b et t litterae; qua de re vide nos ad Plauti Curc. 326. Infra 14, 200. vitio contrario exaratum *membraque* pro *mentaque*, quod recte reposuit Schepperus. Jam quod ad *avido* attinet a me repositum pro vulgato *pavidam*, forte illud in *avida*, mox *avidam*, mutatum esse arbitror, sicut 8, 636. pro *ferendo* in B. *ferenda*, in reliquis codd. *ferendam* legitur. *Avidam* autem cum ab ipsa sententia respui videretur, pro eo *pavidam*, quamvis ταυτολογικόν,

suffectum ab aliquo correctore fuerit. Vel signum productae ob caesuram extremae syllabae in *Aonius* sequenti vocabulo adhaeserit; qualibus signis libros distinxere veteres critici, ut videre est in Chronico Gottwic., Villoisoni Prolegomenis ad Homerum ab ipso editum, aliisque scriptoribus, quos laudat clarissimus Pfeifferus libri germanici *Ueber Bücherhandschriften* pag. 179. Et codex quidem B. 5, 460:

Fugit anum, latebrasque petit p aptumque colori etc.

ubi signo p. similis posterioris syllabae τοῦ *petit* productio haud dubie indicatur. Quo signo hic quoque inserto, ut scribatur:

Tradidit Aonius p avido Calydonida Nesso,

vide quam *pavido* pro *avido* exarare proclive librario fuerit inerudito. Ceterum cf. 2, 291 ibique annotata. 113. Inter hunc versum et praecedentem unius spatium relictum in B. 119. paranti. 123. rever. tangit amoris. *Tangit* elegantius vulgato *movit*.

129. omissum *est*, ut fere in codicibus. Similiter 8, 681:

Interea, quoties haustum, cratera repleri
Sponte sua, per seque vident succrescere vina.

ubi uno tenore lecta verba *haustum cratera* ansam praebuere mutandae lectionis, quae sanissima est. Hoc quidem loco τὸ *est* neque in omnibus libris desiderari et Ovidii manum esse suspicor propterea quod elisa vox *evulsum* violenti aliquid habet, quo ipsa res pingitur. 137. processit. 139. e minimo. 141. Etiam B.: fama. Sed habuimus modo Famam deam, quo ingratius nomen appellativum accidit ad aures. Quare malim: flamma, quod facile permutari cum illo

potuit, sicut *fumare* et *flammare* mixta 13, 421, ubi vid. Burm.: nam persimiles a et u litterae in scriptis; qua de re cf. Jos Scal. Castigatt. in Catullum pag. 85. et notata nobis ad Plauti Mil. 11. * Sic passim ardor, ignes et similia in re amoris. 145. adveniet. 147. morerve.

152. Incursusque — illis. 158. humeros B. quoque, et recte: quia ipse vestem cepit, itaque et ipse ea se induisse videtur Hercules. 161. flammis. Ita quidem et B.; sed ingratum id vocabulum, ut quod altero abhinc versu legerimus. Reponendum videtur *fumis*, quod illi persimile in scriptis: vid. ad 141; h. e. in fumos resoluta. Infra 170:

Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, *stridit*, *coquitur*que ardente veneno.

Seneca Hercul. Oet. 1222:

Ardet felle siccato jecur,
Totumque lentus sanguinem affecit *vapor*.

nam etsi *vapor* ignem quoque significat, coctorum tamen veneno membrorum intelligi hoc loco fumum praestat propterea, quod de ardore modo dictum est. Nec sequentia ibi Primam cutem consumsit etc. ad vaporem istum pertinent, sed de scorpio seu cancro, vel potius incognito adhuc malo, accipienda sunt, quo se consumi sentit heros. 162. dilapsa. 164. post-

* Hac ratione expediendum puto vexatissimum illum locum, qui est Octaviae 412, quo loco cum vett. libri habeant cervos aut *lani* Tenere laqueo, legendum mihi videtur haud paulo luculentiore oratione: cervos aut *leas* Ten. I., in superioribus vero cum Gronovio *gravi* rete, quod levi calamo opponitur. Contra Coelius epist. ad Cic. 16 sic, puto: Quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi *curae* sunt, non *curae*, ut vulgo.

quam est. 165. Oetam. 175. tollens. 178. B. quoque:

— vel si miserandus et hosti,
Hostis enim tibi sum, diris cruciatibus aegram
Invisamque animam natamque laboribus aufer.

Sed quomodo accipiamus ista *vel si miserandus et hosti?* Nam ita dici pro eo quod est vel si miserandus *sum* et hosti, in Plauto ferrem, in Ovidio ferendum non puto. Nec placet, alium in *hosti*, alium in *hostis* intelligi, cum eundem, Herculem, utrobique designari a poëta in aperto sit. Quid multa? Legendum: vel si miserandus et *hostis* [h. e. vel si miserandus et hostis est] (Hostis enim tibi sum): diris etc. Scriptor Octaviae 210:

Deus Alcides
Possidet Heben, nec Junonis
Jam timet iras, cujus gener est,
Qui fuit hostis.

182. tecta. 183. Busirim. 188. nostra. 190. insomni cum custodita, h. e. concustodita. 194. Male B. quoque, sicut vulgo: Quid cum. Restituenda lectio antiqua: Quid quod, h. e. Accedit, quod etc., vel Adde, quod etc, ut legitur 13, 117, quasi dicas, *Quid* de eo sentiendum est, *quod* etc. Infra 596:

Quid, *quod* et ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo etc.

7, 62:

Quid, *quod* nescio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes.

10, 615:

Quid, *quod* adhuc puer est? Non me movet ipse, sed aetas.
Quid, *quod* inest virtus et mens interrita leti?
Quid, *quod* ab aequoreâ numeratur origine quartus?
Quid, *quod* amat etc.

Et sic passim. Longe alius potestatis neque hujus loci est formula Quid, cum, h. e. *Quid* egi tum, *cum* etc. cui similia sunt illa Quid tu? quid ille? etc., de quibus dixi ad Plauti Aul. 137. Saepius autem qui, quae, quod, quom vel quum, quin et hoc genus alia propter compendiorum similitudinem confusa. Ceterum porro h. l. B.: Thracis, ut vulgo ante Heinsium. 198. Abest hic versus etiam a B. De quo versu criticus, qui mihi saepissime est vocandus ad partes: "Paulo post," inquit, "plurimi codd. addunt: *His jacet horrendum Tiberino littore* [vel: *gurgite*] *monstrum*. Vel *Cacus et horrendum*. Sed cum in simili prorsus nostri hujus querela apud Senecam Herc. Oet. et Cic. Tusc. Quaest. nulla Caci mentio fiat, ne hic quidem est admittenda." Haec argumentatio prorsus indigna Heinsio: nam primum si auctoritatibus agendum est, Cicero et Seneca Cacum in Herculis factis non commemorant, at commemorant cum alii, tum inprimis unus, qui instar multorum est, Virgilius Aen. 8, 193 seqq.; dein etiamsi ejus mentio apud solum Ovidium exstaret hoc loco, quid id ad rem? num propterea minus servandus foret? Imo magis etiam. Ergo, quamvis secunda facientibus tanto viro ceteris editoribus, postliminio redire jussimus versiculum immerito exturbatum. Quem quidem, ut hic legitur, ex

duabus conflavimus codicum lectionibus istis, quas perscripsit Heinsius, cum nec ponderosum illud *His* excludi patienter ferremus, nec nomen Caci suppressum a poëta esse nobis persuaderemus. 199. defessus. 201. armisque.

203. possunt. 204. Oetam. 205. taurus. 207. trementem. 213. fatalia. Vel hoc recipiendum, vel potius unius Ciofanii lectio *furialia*, quia de nece dicitur sequente versu. *Dedisti* quoque B. 215. timide, ut ceteri libri. Sed friget hoc juxta verba *pavetque pallidus;* quare malim: *tumido*, h. e. irato, sicut passim usurpata leguntur tumere et tumidus. Vid. Senecae Hippol. 958, ubi recte Gronovius secundum Florentinum: tumidus. Misceri antem haec solent, ut facillime quidem possunt; qua de re vidd. interpp. ad 10, 65. *Dixit* quoque B. 221. mole. 230. Oeta. 231. arcum.

243. voluntas. 247. datis haec. 248. nec pect.

250. vincit. 252. Nihil mutat codex, nec tamen placent ταυτολογικῶς dicta *expers* atque *immune necis*, ut haud invitus reposuerim: Aeterni est, a me quod traxerat, expers, h. e. aeternitatis particeps. Vett. glossae apud Fabrum in Thesaur. erudit. scholast.: Expers ἄπειρος καὶ ἔμπειρος. Persius Sat. 6, 38:

Ita fit, postquam sapere urbi
Cum pipere et palmis venit nostrum hoc maris expers,

ad quem locum vid. Casaubonus. Vel legendum *exspes*, h. e. non metuens, quae vocabula miscentur, velut 14, 217. 267. nitere. 271. Hunc pater. 287. Post hunc versum ultimus antecedentis libri et duodecim primi hujus repetiti in B. 288. tanti. 294. Luc. ad nixos (sed - ix - in litura) partus. 298. e poplite.

300. Sust, partus. 310. aram. 314. pavefacta. 323. velut ante, ut alii nonnulli codd. tum scripti quam impressi; quod cur malum videatur Burmanno haud intelligo. Imo ingrata vocalarum μονοσυλλάβων et similiter finitarum *ut et* compositio. 326. dolentem. 327. alienq a sanguine nostro. 334. locus, acclivis. 342. spe.

351. Iret et oratis. 354. Tortaque. 357. Amphisos, n. hoc Eurytеus illi. 363. B. quoque: eodem. Dedimus *eâdem* cum ex more Nostri et aliorum, tum o littera frequentiore in hoc versu nonnihil offensi. 365. Et quaerunt ubi sit Dryope.

369. *misero*, sicut vulgo. Sed recte Burmannus legendum conjecit *mixto*, "quia," inquit, "partim arbor, partim adhuc humanum corpus erat: facies enim supererat. Ita etiam has voces a librariis confusas docet Barth. ad Stat. Theb. 8, 613." Facile autem propter t et r litterarum similitudinem in scriptis fieri potuit, ut *misto* (nam sic codd. Italici, quorum plurima pars) degeneraret in *misro*, pro quo corrector aliquis reposuerit *misero!* 379. in stipite. 384. Qui si, τῷ s in Quis rapto a sequente. 387. possunt. 390. crimine. 392. Contegit. 398. lumine. 403. post hunc. 406. H. p. deflentque p. in vulnere f., et ita plerique libri; alii: fientque in vulnere; Florentinus autem S. Marci: flebuntque in vulnere, h. e. in morte, qua pares tandem facti esse dicuntur fratres Oedipides. Euripides Phoeniss. 1446.:

— Στέρνων δ' ἄπο
Φύσημ' ἀνεὶς δύστλητον Ἐτεοκλῆς ἄναξ
Ἤκουσε μητρός· κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα,
Φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο
Προσεῖπε δακρύοις.

Pro arbitrio Heinsius: *ibuntque pares in vulnera fratres*, lectione uteroquin haud mala, sed cujus nec vola nec nec vestigium exstet in Mss. 413. hoc.

415. Calliroe. 416. Sic B. et Ciofani unus et Briantii; alii aliter, sed pejus. Heinsius: "Ego," inquit, "versum esse spurium contendo: nihil enim ad rem facit. Certe in primo Vaticano non comparebat; in uno meo margini adscriptum offendi hunc ipsum versum." Itaque delevit eum vir celeberrimus, quem more suo sequuntur Burmannus et editores. Contra nos servandum hunc versum existimamus cum propterea, quod bonam habet sententiam, ut in quo causa reddatur tribuendi a Jove muneris; tum quia nihil inelegantis, nedum barbari vel soloeci, praefert, placetque etiam verborum *ultoris* et *inultam* compositione vere Ovidiana *. Quorum omnium si deprehenderentur in eo contraria, tum demum lis ei merito intenderetur. Sic autem saepe non tam scripta emendare quam scriptores corrigere Heinsius videtur, immemor praecepti Ciceroniani de Invent rhet. 1, 10: unaquaeque *ex se et ex sua natura* consideranda esse. Quem Heinsium ut maximi facere soleo intra criticae terminos se continentem, ita hoc et similibus locis, ubi, non re ductus sed opinione,

* Imitatus fortasse est hunc locum Ovidii studiosus Seneca, cum dicit Med. 220:

Ultrix inultum Graecia hoc facinus ferat?

quod non erat cur puerile polyptoton videretur Gronovio: nam Agamemnonis caedem impunitam fore Clytaemnestrae nutrix negat propterea, quod Graecia sit ultrix, h. e. punire ejusmodi facinora soleat; cujus rei argumentum maximum erat ipsum bellum Trojanum. Quod et *victrix* fuit, id hue non pertinet, neque Florentini codicis lectionem eam ceterorum omnium, quotquot sunt, librorum praetulerim.

plus justo sibi arrogat, cogendum in ordinem censeo, neque committendum, ut quamvis ingeniosissimi doctissimique viri auctoritate penitus abrepti errorem pro veritate amplectamur. 422. quare veteres. 430. aliquis. sibi, ut vulgo. Unus Moreti: sibi quis (quod fortasse fuit: sibi aliquis), venuste, inquit vir doctissimus; nos: parum latine. 432. juvenescere. 434. hec.

437. aevo. 441. videat. 442. aevo. 444. deonisque. 453. Cyanea p. corpore. 466. verumptamen, sicut passim mpt pro mt exhibent codd. antiqui. 472. jaceret. 478. possem. 490. Q. b. tu nostro pot' 499. Opem. 504. precor ipsa. 511. quam. 512. prius. 514. neglectura. 516. Cogit. 518. vicit. 521. ei. 525. Hic versus etiam in B. ante praecedentem perscriptus legitur, interrupto nexu orationis. Vide de ejusmodi transpositionibus ad 3, 417. 530. correptis inscribere. 534. a manu prima: causa modo. 536. poterat. 540. possunt.

541. animi. 552. norunt. 558. impediet. 565. nec quicquam. 566. summoque, ut vulgo; quod sonantius. 567. carmina. 568. linguae. 570. Et paulum blandita, sicut alii quoque codd., et recte. Paulum famulo blanditur Byblis, quia culpae sibi conscia est. Quod plurimorum veterum lectionem *pavidum blandita* laudat Heinsius propterea quod timentium sit blandiri: voluit, opinor *pavide blandita:* nam famulus litteras a sorore ad fratrem perlaturus cur metuat non intelligo. Infra is pavet, nec temere, 581; hic causa timendi nulla. Restituendum igitur τὸ *paulum* existimavimus. 583. corpus. 587. feci? curque quae. Vid. supra ad 41.

592. totoque. 599. voluptas. Vid. nos ad Plauti Mil. 678. Truc. 285. 604. vultum.

608. ante praecedentem inculcatus in B. 614. enim est.

615. rigidos s. s. in corpore. 621. relinquat. 622. At tamen. 623. Aut quia. 624. intentasse, τῷ m in etiam male geminato. 625. urget. 627. B. quoque commisisse. Malim admisisse, quia mox sequitur committit. 628. petiit. temeraria nostra voluptas. Cf. 599. 630. multum est, tamen est in crimine p. 638. Diripuit. 640. sine quâ. Bene sic B. et codd., h. e.: et patriam invisam atque penates invisos sine hac (spe veneris) deserit. Hoc Schepperus apud Tan. Fabrum Epist. 2, 71. si assecutus esset, non obturbasset. 641. Despexit. 643. triaterica.

647. Jam gradion. 648. jugum. 651. Concidis.

652. jaces. 653. Saepe illam, ut vulgo ante Heinsium et Burmannum. Alienum est, quod quidam codd. habent, praelatum illud quidem alteri a duumviris, *saepe etiam*. 654. mederetur. 656. tenet. 657. rivis.

661. Utve etiam B.; sed ve sic repeti minus solitum. Et similes hae imagines, ut τῷ que recte copulentur; dissimilior harum imago aquae congelatae, ut melius ve particula disjungatur a praecedentibus. Vide nos ad 6, 420. 669. propria. 671. ignotum. 675. monuit. 683. tantis. Malim *variis:* nam si *vanas* jam hic dixit poëta preces feminae, cur addit, certam Ligdo fuisse sententiam? Imo in *varias* preces, h. e. in omne genus precum sive humilium, sive generosarum, minis quoque admixtis, sicut usu venire solet, praesertim in desperata causa, descendisse mulier dicitur. 685. continue: inarto. 686. Vexerat, sicut plerique codd. pro Vixerat, τῷ i in e mutato ex male junctis vocabulis. De illo vi-

) vid. Muret. Varr. Lectt. 18, 9. *; 688. suam. 695. somniferis — venenis. 696. Cum, et ; libri. Sed hoc praecessit. 712. Inde cepta. o. elementa. Sic item omnes codd. Sed recte in. Faber Epist. 2, 69: "Quis unquam," inquit, ando audivit, *artes primas esse elementa aetas?*" nec male vir doctissimus, Gierigius, renendum censet *alimenta aetatis*, quam conjeram verendum non erat ut multis probaret, quidem passim *alère* et *alimentum* dicuntur figue. Plautus Trin. 330:

Sapienti aetas condimentum est, sapiens aetati cibus.

piens, τὸ σοφόν, sive sapientia; plane ut hic ster. 722. dedit. 723. expectant. 724. Quaee. 730. Parcere. 731. omissum *et*. 735. libi-

---

* Hujus exempla ubivis obvia in libris, velut (novum aliquod ut in medium afferamus) pro eo, quod vulgo legitur apud Senecam Medeae 517: *nos* confligere, cui nemo non adhaesit interpretum, et merito, reponendum procul dubio est *in es* confligo; ad quae Jason respondet verbis Cedo defessus malis; cumque Medea vel ipsum, coram confligere cum regibus iis jubeat, vel sibi veniam eam dare, neque sese id audere ait, et ipsam a tanto conamine dehortatur, pristini infortunii memorem. Similiter Octaviae 849. vulgatum *Compescis* mihi videtur laborare, cujus loco reponendum censeo *Cur parcis?* nam *Comperois* vel *Comperis* haud scio an usurpari pro simplici non possit. Corrigam hic etiam in transcursu alium ejus tragoediae locum, in quo e male exaratum est, opinor, pro i littera cum apice transverso sive *in* praepositionis compendio. Sic igitur ibi legendum puto 899 seqq.:

Quo me trahitis? quodve tyrannus
Aut exilium regina jubet,
Si mihi vitam fracta remittit?
Tot jam nostris *in*victa malis
Si caede mea cumulare parat
Luctus nostros: invidet etiam
Cur in patria mihi saeva mori.

Harum praepositionum confusione nihil frequentius in libris, quo confirmantur Mureto dicta l. l. in Varr. Lectt.

dine. 749. debet. 750. in litura: carpit; deinde: pascit. Recepi *faciat* ex Basileensi, quomodo legi Burmannus monet 1, 469: fugat hoc, *facit* illud *amorem*. 752. mariti. 754—759. Hic locus sic habet in B. et editione Burmanniana:

— nec, ut omnia fiant,
Esse potes felix; ut Dique hominesque laborent.
Nunc quoque votorum pars una est vana meorum: (B. et plerique: vot. nulla est pars una m.)
Dique mihi faciles, quidquid valuere (B.: voluere), dederunt.
Quodque ego, vult genitor, vult (B.: vultque) ipsa, socerque futurus:
At non vult Natura, potentior omnibus istis,
Quae mihi sola nocet.

Haec perquam obscuras esse queritur candidus Glareanus. Heinsius ad versum *Nunc quoque* etc.: "Legebam," inquit, "aliquando *pars irrita nulla*. Nunc persuasum habeo hunc cum sequenti versu esse tollendos: vix enim intelligas, quid sibi velint." Burmanno quid placuerit, partim conflatis non unius libri lectionibus, partim de suo dare, vides. Quod tamen neque ipsum probari potest, ut in quo singula non melius ex se apta sint quam in aliis editionibus. Fefellit viros doctissimos, quod non animadverterent, motum suo loco esse versum *Nunc quoque* etc.: nam hoc rei caput est, siquidem eo versu sede propria reposito, ultro apparet, ista *Dique mihi — omnibus istis* παρενθέτως accipienda esse; quo facto tam perspicuus hic locus est, quam qui maxime. Et ita quidem haec in nostra editione perscripta sunt; in quo nemo, ut opinor, nos reprehendet, qui, quam saepe iste error erratus

sit in vetustis libris, secum reputaverit; cujus rei plura exempla protulimus ad 3, 417. Restat ut de versus 759. scriptura dicam, quam e B. et plerisque aliis libris recepimus, hac:

Nunc quoque votorum nulla est pars una meorum,
Quae mihi sola nocet.

Rectius igitur hoc mihi videtur quam vulgatum, quia fortius. Unum suorum votorum, concubitus, nullum dicit Iphis, h. e. pro nullo, quia impleri nullo modo posse videbatur; et hoc unicum votum sibi nocere ait, h. e. obesse sibi, vel in hoc se infelicem esse; ad quam faciem 10, 335. dicitur: Fortunaque loci laedor. 761. et j. m. fiet. 773. compressa. 775. disgestum. 778. cogn. sonitum comitesque tuorum. 780. non, ut vulgo. Rectius Coelestin. Ciofani: nunc. Nunc ipsâ, Ianthe, puniri se ait Telethusa, h. e. nunc sibi pro poena esse filiam, quae adhuc voluptati fuerit. Nihil planius. Ceterum B. quoque: punior hoc est. 781. meritumque. 791. femina. namque. 797. sociusque.

X, 2. ethera. 3. vocatur. 4. non soll., oratione variata. 10. Occidit. 17. Corrector codicis voluit: Oppositi. 18. creatur. 23. viae est. 25. ne me. 27. huc. 28. veteris — rapinae. 31. fata. 32. paulumque. 33. imam cum glossa: infimam. 41. *nec* B. quoque. Malim tamen: non. Cf. 4. Non, nec, nunc saepius confusa. 45. omissum *est*. 48. Eurydicemque.

53. acclivis, sicut ceteri libri, cum ab uno Zulichemiano discesseris, et praeferendum hoc mihi videtur Heinsiano acclivus propterea quod sequuntur arduus, obscurus (vel absconsus), densus: ne una terminatio regnet, quod inve-

nustum. 54. obscurus. Sic B. et codd., sed friget hoc verbi sequentibus, quae idem, et longe quidem fortius, indicant, *caligine densus opacâ*. Quare adducor ut credam reliquisse Ovidium *absconsus*, quae vox in tanta a et o et magis etiam r et s litterarum similitudine, de qua vid. ad 3, 398. et 8, 636, cumque et u nonnunquam pro o perscriptum inveniatur in codd., velut (uno exemplo ut defungar) supra 2, 283. tustos pro tostos legitur in B., quam facile degenerare potuerit primum, neglecto apice supra o, quo apice n littera designaretur, in abscosus, dein porro in abscorus, obscorus, obscurus, in aperto est. Absconsum autem dixerit eum tramitem propterea quod Inferorum dei redire nollent, quicunque semel ad se descendissent. Virgilius Aen. 6, 127:

Noctes atque dies patet atri janua Ditis;
Sed revocare gradum superasque evadere ad
ad auras,
Hoc opus, hic labor est.
— Tenent media omnia silvae,
Cocytusque sinu labens circumvenit atro.

61. enim si iterum sequeretur am. 65. pavidus. 69. Olenus — confise figura. 70. Lothoea tua. 76. altum. 79. omnem. 90. Umbra loco venerat. — arbor. Venustum *venerat*, quo celeritas approperantium arborum indicatur, (quanquam et pro *venit* recte accipietur, qua de re monui ad 2, 301); venustius inter tot perfecta *resedit*, *movit*, *abfuit*. 91. frondibus, ut omnes libri, nec quidquam mutandum censeo. 98. ficus.

100. amicae. 105. E. ac hom. Pro illo (nam ita B. quoque) malim *alto*, quod pinui convenit, saepeque in *illo* mutatum fuit praesertim (vid. Burm. ad 4, 560), cum antecedat *hac*, quod vitio-

sum, quidquid dicit Burmannus. 108. arcum. 109. oharchea.

115. par. nitore nitebant. 119. Qualibet. 124. Tunc e. in trogo (?) r. h. laetus. 127. litorei. f. bracchia. 134. Admovit. 143. attraxerat. 147. movit. 150. gigantes. 158. sua posset. 164. quotiensque. 166. totiens — flores. 167. ante omnes.

173. Ire. 176. olivae. 179. *pondere* etiam B., quod merito sordet Burmanno, cum statim sequatur *pondus*. Conjicit itaque legendum esse *verbere*. Non deterius foret *robore*, quomodo Lucretius robur saxi, Virgilius robora ferri dixerunt; vel Apollinei robur corporis intelligendum, quo robore facile deo fuerit oppositas nubes disjicere. Mixta autem et alibi haec vocabula, velut intra 15, 247. *robore* pro vulgato *pondere* habet B. 182. artisque cupidine captus. 183. properat. 184. in aere. 186. Qui puer. 187. Et modo te refovet, sicut libri omnes. Sed non alloquitur Hyacinthum h. l. scriptor, ut qui modo de illo tanquam tertia persona dixerit Expalluit aeque *ac puer* ipse deus. Ergo legam *se*, h. e. suo, Phoebi, corpore et calore solis, quem solem moderatur. Sic in simili causa 4, 247:

Ille quidem (Phoebus) gelidos radiorum viribus artus,

Si queat, in vivum tentat revocare calorem. Accusativum esse τὸ *se* dum perperam existimant, mirati scribae sedulo mutaverint. Certe ejusmodi acuminibus delectari Nostrum, quis ignoret? velut de Tellure exusta legitur 2, 302: suumque Retulit os in *se*, et de Somno 11, 622: Excussit tandem sibi *se*; quibus itidem locis personas dum videtur dicere, res dicit argutus et similia. sectans scriptor. Cf. de hoc ejus studio,

quae nos supra ad 2, 681. 190. riguoque papavera B. quoque, sicut vulgo, apta elisione, isto praesertim loco versus, in re ingrata. Vid. ad 2, 286. 191. Liliaque. Quod Liliave potius rescripsi quam in superioribus riguove secundum codd. quosdam Heinsianos, vid. ad 6, 420. 198. Tu pudor es. 202. tecumque. 203. vetatur, sicut *vetamur* Regius invenerat. 207. fort. Ajax. 216. incisum. Habet etiam B.: *ducta*, sicut vulgo. "Scripta est," inquit Regius: "nam literae, dum scribuntur, *duci* proprie dicuntur." Fateor. Quid tum postea? nam de scripta littera, h. e. verbo, flebili dictum modo est hoc ipso versu. Legendum arbitror: funestaque littera dictu est. Funestum dictu verbum αἰ vocat, recte, ut quod ipse querelae dicat infra 13, 397, et tragicum gemitum Ausonius. Vidd. interpp. ad h. l. Quavis autem pagina hae voces mixtae. 217. gemuisse. 218. in ore priorum. 220. metallis. 225. Lugubris sceleris, ut vulgo. Heinsio hic haerebat aqua, nec vel probanda ipsius commenta haec Ilicibus celebris, In luco obscuro, Ilice sub veteri, vel Schepperi Caedibus illustris, vel denique Burmanni Lugubris Veneri. Codd. meliores et qui mangonum manus non passi, fere: Inlugubris sceleris vel celeris. Lege: Inlecebra (vel Illecebra) sceleris. Recte sic vocatur ara ista Jovis Hospitis, qua in necem advenae illiciebantur. Postrema syllaba τοῦ Illecebra sequente duplice consona producitur; nisi malis, non ineleganter usurpato plurali numero pro singulari, Illecebrae sceleris. Scriptum forte Illegebra pro Illecebra ansam gravioris praebuisse videtur corruptionis, quam mirari nos vetat c et g, e et i, i denique et u, litterarum in scriptis codd. similitudo. 227. Ama-

thusiacasve. 231. dixit crimen. 232. pendet. 237. transmutat. 240. primo. 241. oris etiam B., non *omnis*, ut Junianus. Recte. Pudoris signum sanguis in os congestus: durum igitur harum mulierum et impudens os comparatur cum silicibus, in quos versae. 255. nec adhuc ebur esse fatetur. 262. Liliaque et pictasque. Sed cum flores in genere dixerit poëta, nihil opus lilia speciatim nominari, quasi iis praecipue puellae delectarentur, id quod non est. Legendum puto minima mutatione *Liciaque*. Licia quoque discolora, ut cum Apulejo loquar, statuae amatae donabat Pygmalion tanquam ad conficiendam telam, qui mulierum labor. Virgilius Georg. 1, 284:

Septima post decimam felix et ponere vitem,
Et prensos domitare boves, et *licia telae*
Addere.

Noster 4, 9:

— parent matresque nurusque,
Telasque calathosque infectaque pensa reponunt.

et ibidem 32:

— Solae Minyeïdes intus,
Intempestivâ turbantes festa Minervâ,
Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,
Aut haerent telae, famulasque laboribus urgent.

263. vestibus aptis. 264. longaque. 268. inclinataque. 270. Veneris. 271. blandis indutae, 276. eburnee. 284. Subsedit. 285. cunctas; ceterum non male, nisi quod hoc recepto c littera praevaleret in hoc versu. 287. dubie. Sed codd. fere: modico, modice, medio; quatuor: timide, quod assensu comprobarunt suo Hein-

sius et Burmannus. Verum id modo legimus 274, neque obtrudendum igitur est hoc loco scriptori minime ineloquenti. 291. B. quoque: Verba — agit, et praecedante versu plenissima. Sed Burmannus: "Quaenam vero," inquit, "sunt *verba plenissima?* mihi certe non intellecta: quare non displicet unius. Heinsiani scriptura *plenissima vota. Plena vota* sunt, ut fruatur et coeat cum imagine illa eburnea, jam femina facta. sic lib. 1. Art. 671:

Quantum defuerit pleno post oscula voto etc."

Attendisset vir optimus ad verba proxime sequentia, *quibus Veneri grates agat*, alienum esse *vota* intellexisset, quia verbis scilicet, non votis, et gratias agimus et loquimur. Legendum sine dubio:

Tum vero Paphius planissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agat.

Subobscuris verbis, ut imaginem vita donaret, deam rogaverat Pygmalion supra 274 seqq.; planissimis jam, accepto dono, gratias ei agit. Non raro autem a et e vel ae inter se permutari satis notum est: velut apud Ciceronem Lael. cap. 19. legitur, vitio contrario: "Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrima quaeque, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima; verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit; quasi omnia vetera jucunda essent, cum dederit haud dubie Tullius: Veterrim*ae* quaeque (amicitiae), ut e. v., q. v. f., e. d. suavissim*ae*. 293. lumina, sic ut vulgo, et recte. Intelligendi autem oculi amantis. 296. Cornibus implevit nov. 296. Editus hac. Sequor Micyllum. Paphi filium Cinyran diserte tradit Hy-

ginus capp. 42. et 70. 300. procul hinc natae. 308. suum. 309. Panchaïca. 310. Conferat et M. 318. Myrrha virum. 322. resistite nostro. 325. delicto. 328. ipso. 341. patriaeque.

339. jam. 342. ardor. 348. Tuve. 349. sacro. 454. ipse memorque est. 355. More suo vellem, h. e., opinor, Moris. io vellem; bene quidem, nisi quod *Juris* servandum est. 359. primoque patris in.

364. Vellet habere. 369. igne. Vid. ad 3, 490. 375. in vulnere. 377. et requies. 380. B. quoque recte: causam te int. 381. pallenti. Similiter 14, 734:

Humentes oculos et pallida brachia tendens,

ubi vid. Heins. Nec nolim tamen, codicibus quidem adstipulantibus, illo loco *squalida*, hoc *squalenti*, cum propterea quod collum et brachia nec pallent nec rubent, sicut os, pro diversis animi affectibus; tum quia squalor ad luctum pertinet, (cf. 15, 38.) saepiusque haec verba confunduntur, id quod videre est apud interpretes ad 1, 374. Seneca Troad. 84: per *colla* fluant *Moesta* capilli, h. e. per colla moeroris signis deturpata, squalentia. ad 1, 374. 386. sinus et vincula tollens. 387. Collo dil. tunc. 392. Pectora. 394. Advers. 399. Ira deûm sive est, s. placabimus iram. 401. incursu, et superscriptum: ab adversitate. 403. in litura: illud; a prima manu fuisse *illum*, facile agnoscas. 407. Atque ea compl. 435. Cinereis.

436. abit. 437. Leg. vac. ergo — lectus est.

445. *Sed* B. quoque, et recte. Unius Mediicei lectio *Flet*, unde Heinsius faciebat *Flens*, petitum haud dubie ex versu 500. 450. primus. 451. pio stellificata par. 454. It tamen, minuunt ten. nox atra. 456. expl. iter. 460. ausam.

465. obsceno. 467. filia nomine dixit; sed hoc et sequente versu locus x litterae in *dixit* rasus est, fuitque *dicit*. 468. Dixit. Vid. praecedens annotatio. 471. omissum *est*. 475. diripit. 477. neci est. 478. reliquit. 481. Vix uteri.

483. complexa. 495. praecinxerat. 507. Habet hunc versum etiam B. Sed recte Capoferreus: "Hic versus," inquit, "melius abesset; et quia melius abesset, Ovidii esse non puto. Nam quod sequitur, *Nitenti tamen est similis*, alienum nominativum interseri prohibet. Nec Myrrha pariens erat, sed parturiens. Ut taceam, quod mox adsit Lucina non vocata" etc. Sic videlicet nescio quis interpretatus mihi esse videtur proxime illa praecedentia: nec habent *sua verba* dolores, quae verba ad solam Lucinae invocationem male retulit. Uncinis igitur haec cancellavi. 512. fisso. 519. illi. 526. distrinxit. 529. non illa Cytharea. 531. gravidamque Amathonta. 536. Usque genu. 543. Posset. 553. monstrat miracula. 558. reclinis. 560. audieras. 562. possis B. quoque. 563. formave bona; sed rasum est. 566. Non, sed in litura. 569. potienda. 573. Sic plane B. et scripti, neque opus parenthesi ista Constantii Fanensis: cf. 7, 573 etc. 574. in hanc.

582. laudando et conc. 584. Invidiaque, sicut vulgo. Sed recte alibi legitur Invidiamque, h. e. deam invidiae, quae *videt* (ut cum Nostro loquar 2, 780.) *ingratos intabescitque videndo Successus hominum*. Timet igitur Hippomenes, ne sibi hoc cursus periculum subeunti obstet Invidia. Θεῶν φθόνον in hoc genere causabantur veteres Graeci, ut Herodotum inprimis legenti liquet; similisque Furor deus apud Virgilium

Aen. 1, 348. 586. Ardentis d. i. favet. 588. segnius. 590. ille decorem. 591. ablata.

596. similem dat et inficit umbram. Alii aliter; sed Arondelianus: simul addat; Bononiensis unus: similem datur. Ex his conjectandum arbitror, ut legatur:

— haud aliter, quam olim super atria velum
Candida purpureum simul additur, injicit umbras.

h. e. haud aliter, quam aliquando velum purpureum, simulac candidis atriis superadditur, umbras iis injicit. Propertius Eleg. 4, 6. extrema:

— donec
Injiciat radios in mea vina dies.

Noster 11, 569:

Nec levius pulsata sonat, quam ferreus *olim*
Cum laceras aries ballistave concutit arces.

Et sic non semel. 600. juvenis. 603. confer, recte usurpato activo παθητικῶς, quam figuram illustrant Palmerius in Spicil. Lamp. Gruter. 4. pag. 865, Livinejus ad Catull. 22, 11, Pareus in Lexici Plaut. mantissa. 611. inique. 616. quod et est. 619. sors. 622. Nollet. 632. fuisse, sed m eraso. 635. vellem. 636. tacta est. 637. Quid. 644. Damasenum. 645. quam. 648. comas. 649. forte meâ B. quoque, nec quidquam mutandum censeo: nam neque ad *manu* relatum otiabitur τὸ *meâ*, quia gratiora esse solent quae poma nostris ipsorum manibus decerpsimus, et bene junguntur verba *forte meâ*, h. e. forte, quâ venire, h. e. ire, incedere, ambulare denique, passim soleo. Virgilius Aen. 1, 376:

— Diversa per aequora vectos
Forte suâ Libycis tempestas adpulit oris.

Pessime Fanensis et qui eum audiunt: *meo ju-*

veni, Adonidi: nam Adonidi ipsi haec, ante dudum quidem antea gesta, enarrat Venus. 656. terrorque fav. 679. ipso. 684. Contemtuque. 685. ipsam. 691. Liminis. 710. prima. 711. silvasque. 722. sinum. 725. dixit. 735. omissum *de*. 736. grana. 739. praebeant nomina, puncto posito sub e posteriore in *praebeant*, quod delendi signum, et priore n in *nomina* erasa.

XI, 7. en is est. 509. pressura. 17. Tympanaque et plausus et Baccheique ul. 20. Ac — etiamnunc. 26. Ut matut. 27. Hunc versum, quem monstrose corruptum et in margine habebat codex Leidensis, B. in ipso ordine exhibet, et sic quidem ut eum excudi jussi, nisi quod *cum* circumquaque ibi legitur. Circumquaque, h. e. Circum quacunque, sicut Usquequaque, Quique pro Quicunque, et similia dicuntur. 28. viventes. 30. direptos ab arbore. 37. Sargulaque (vid. ad 10, 225.) et rastrique. 40. manus atque illo. 46. rigidi.

50. sparsosque, sicut semper variat in hac voce. 54. silvae. 56. mechimnei. 57. ferus et positum. 69. Admissoque luens. 71. videre.

72. secute (h. e. secutae), Traxit, quod elegantius vulgato secuta est; h. e. in quantum spatium quaeque iverat seu cucurrerat, eo loco eam pedum digitis traxit atque detrusit in terram deus. 77. Sic quaecunque. 78. Externata.

85. fallere. 86. Nec Baccho satis est, quoque d. a. 87. pineta Tumoli. 93. duxere Midam.

94. Eumolpho. 100. Lydios. 106. et ind. 108. B quoque: Pollicitamque, sicut alter Twisdenius, quod recte Heinsius comprobavit. 115. Hesperides.

136. factique. 137. maneat. 139. ripae. 141. pumigeroque. 142. crinem. 143, 144. flumen inxit.

145. *jam* B. quoque. Praestat Burmanni *tam θαυμαστικόν*, nisi malis Nuncque etiam, ut *uoque* ortum sit ex *que*, sicut saepe alibi: vid. d 8, 356. 147. Ipse, frequenti lapsu. 152. Timolus — extensus. 157. Timolo. 161. Isque. ed hoc alienum. Legendum, ut suadet Burmannus Inde, h. e. Tum, sicut supra 23; 8, 643, Virgil. Aen. 2, 2. et passim. Quae voculae non emel confusae. Cf. 248. 164. delinit. — resolit. 168. Distinctamque liram. 170. cum. 176. atitur stol. 178. Inst. illas facit. Et post hunc ersum insertus 180. 181. Ille quidem celare upit, turpique pudore. 184. hoc. Ita B. et odd., sed putide. Legendum: haec, tempora. nfra 256. B. Dixerat hoc, et rursus 740. Senerat hec, h. e. haec. Sic saepius erratur. 188. arva voce refert. 193. agricolam. Recte sic B. t codd., h. e. tonsorem istum, qui haud dubie gricola seu rusticus fuit, cum dominus ejus, Idas, rura et silvas coleret, ut supra dictum st 147. Et agricolam posuit pro ejus voce sive ıdicio, qua re nihil tritius, ut profecto mirer ıirantes interpretes. Porro B.: nam leni, siut verba transponere nunc bene, nunc male, ɔlet hic librarius. 197. Latonius. 199. Panopeo. 01. Laumedonta. 208. omnis, non male. 214. endicat. 218. nam. Sed hoc subobscurum, et equitur mox Namque. Quare malim: jam. 20. nepotem. 223. juvenis. 235. obsita. 239. icta. 248. Isque. Cf. 161. 251. Aeacide. 252. uiescit. 256. hoc. 263. Sensit. 265. Exhibita atque Thetis. Recte: Τὸ *Thetis* pertinet ad insmuit.

277. pecorum et quae. 278. Haut. 281. Quove. 286. monimenta. 288. vocato. 291. Et Peleus comitesque. Sed correctoris procul dubio male feriati hoc facinus. Vid. Burm. 293. putatis, sed τὸ a rasum.

294. et tanta — quantum etc. Ita B., ut fere codd., neque haec ea sunt, quae vel dedignetur Latium, vel quae intelligi commode non possint. Sed apertior est aliorum librorum lectio *quanta est animi constantia, tantum Acer erat* etc. h. e. quanta esse datur animi constantia in hominibus, tanta in illo fuit; cujus constantiae partes persequens, tantum, inquit, acer erat et bello ferox et ad vim paratus. Nihil itaque horum, ut nec vicinorum, aut mutandum aut recidendum censeo. 298. tenendae. 302. doctissima. 303. procos habuit. 311. praeareptaque. 313. versura. 315. 316. eo ordine leguntur in B., qui quidem ordo concinnior, mihi videtur vulgato. Quamobrem etsi litteris a et b adscriptis in margine erroris se arguit, sive is librarius ipse fuit, seu (quod magis puto) possessor antiquus codicis, eum codicem hac in parte sequendum mihi sumsi. 318. pilemon.

320. Male Tonanti etiam B. Hyperionis, non Jovis, filia Aurora secundum Hesiodum et Apollodorum. Exprimenda igitur erat quinque librorum lectio haec: et progenitore nitenti etc. Infra 14, 33.:

En ego cum dea sim, *nitidi* cum filia Solis.

Et sic passim. 327. jacet. 329. miser. 331. haut. 336. laesa. Fortasse: impressa, quod magis proprium. 346. doloris. 357. campos. 366. gravis strepitus. 367. silvisque, ut omnes codd. Arguitur. Burm. 368. crasso. 369. Fulmineus. 370. pariter saevit, emollito versu; sed hoc vitiosum

in re tristi, et χαραχτηριστικὸς concursus r litterarum (pariter rabieque) in lupo, quae species canum; quo et pertinet eadem littera cumulata in superioribus illis:

Inde fragore gravi strepitans loca proxima terret,

et in his, quae sequuntur, Acrior est rabie. 372. finire.

373. omnes. 380. damna. Et sic omnes codd., Sed cum statim sequatur *damna*, legendum puto *dicta*, quod respondet τῷ *dixerat*. *Damna* sapit correctorem. 382. sui. 392. movere. 393, 4. ardua terris Arce locus summa. Supra 5, 291. mixta *turris* et *tecti*. Similiter hic *terris* perperam exaratum puto pro *tectis*, id quod fieri facillime potuit in tanta c r et t litterarum similitudine, et sequente versu secundum alterum Twisdenium, qui a manu prima habebat *phocus*, Heinsio assentior *pharus* legendum conjicienti, ut arduo, tecto sive alte exstructa fuisse dicatur pharus in arce summa. 402. Sed non revocatus. 405. pariterque. 411. Ceys. 412. Ansia. 422. B. corrupte: Irissime. 427. timore, sicut vulgo. Sed friget *timore* juxta *metuam*, ut haud invitus reposuerim *tremore*, quae vocabula non semel permixta inter se constat. Infra 13, 73.: videoque *trementem Pallentemque metu* etc. 431. y potates. 452. quidem est nobis. 453. remittant. 454. bis luna.

457. Inepte librarius: pinum mentis jubet arma. Et in margine: mentis arma i. armamentis, i. remis, tabulis, aliis rebus navibus opportunis. 458. visa veluti rursus. 462. At. 470. semota. 474. Alciones — abstat. 478. venientes. 483. dimittite.

486. illam. 491. a parte. 493. quis. 494. velitve.

495. tantoque. 497. Nihil mutat B. Sed undam undarum incursu gravem quis, quaeso, nisi putidus dicat? quisve in hoc acumen videat Ovidianum? Cf. infra 554. Quid, quod maria minora, in his mediterraneum, de quo hic agitur (nam de Atlantico majoribusque aliter J. R. Forsterus et physici), periculosum non nisi ventis ingruentibus esse solet? Infra 552.:

Frangitur *incursu nimbosi turbinis* arbos.

et 513.:

Sic ubi se *ventis* admiserat *unda* coortis.

Similiter et hoc loco legendum conjicio:

Ventorum incursu gravis unda, tonitribus aether.

Scriptum forte Untorum pro Uentorum magis magisque depravatum fuerit, sicut non semel d et t, a et o, litterae sibi invicem offecere; de quibus vitiis monui ad 7, 741; 8, 636.

499. tangere. 500. vertit. 502. sonantibus, ut vulgo. Sed praecedente *sonant*, sequente *sonat*, praefero Palatini lectionem *tumentibus*. 513. commiserat. 517. Ecce sidunt late. 518. fretum, sicut ceteri omnes. Sed *freta* in *fretis*, mox *fretum* transiisse puto, sicut a et u passim miscentur: vidd. Pfeifferi liber vernacula lingua editus de Mss. pag. 145., nos ad Plauti Mil. 11. Alioqui *totum* referri ad *fretum* quoque posset, quod incommodum. *Freta* sequente consona duplici posteriorem syllabam producit ex more: vid. nos ad Plauti Aul. 108 seqq. 519. scandere. 525. inter. 530. B.:

Sic ubi pulsarunt celsi latera ardua fluctus.

Sed quatuor ex vetustioribus apud Heinsium: Ş. u. p. *coeli* l. a. f., hoc est coelum, recte. Ubi coelum et fluctus simul latera pulsarunt navis: tum demum decima unda ruit: cf. supra 517 seqq.

Legendum itaque: S. u. p. coelum et l. a. f. Hyperbato non observato mutaverint descriptores. 534. evadere. 535. segnius. 537. ictus. 539. veniunt.

543. fraterque. 544. quodcunque rel. 551. mortis imago. 552. arbor. 553. superstes. 554. sinuatasque despicit undas. Sed recipiendum e Cantabrigiensi *alnos*, h. e. navem ex alnis compactam, sicut passim *alnus* legitur. Vulgatum *unda despicit undas* geminum inepti *Undarum incursu gravis unda*, quod supra emendavimus 497.

556. everteret. 557. cadit. 562. naufragii. 563. ore est. 566. amice. 572. excedere coelo, sicut vulgo, quod lenius altero, eamque ipsam ob causam non admittendum: vid. ad 2, 286. 582. at illi. Sed statim At sequitur. Vid. ad 4, 92. 584. Ast. 591. arcato. 592. nube. 595. mediusque cadensque. 599. non voce.

601. Nec fera. 604. Lethes B. quoque. Sed minus placent compositi duo genitivi *aquae Lethes*. Quare haud nolim, quod in uno Moreti erat, *Rivus aquae lenis*. Praeterea nihil mutandum censeo. Laudatus Fabro in Thesauro erud. schol. Ulpianus Lege 1. §. 2. de Rivis: "*Rivus*," inquit, "est *locus*. per longitudinem depressus, quo aqua decurrat," etc. 611. antro.

612. Plumeus, unicolor, sicut vulgo. Sed Florentinus S. Marci: atque color, Spirensis: utue color, quod eodem recidere mihi videtur, *ut* pro *at* et *ue* pro *que* scriptis, ut sexcenties alibi: vid. supra ad 518; 6, 420. Neque rarum e, t, i litteras confundi, ut plane assentiar Heinsio suadenti *aequicolor*, quomodo legi monet *aequimanus*, *aequilaterus*, *aequanimus* apud Symmachum et Ausonium. 616. jacit.

618. relucet. 620. iterum iterumque. 623. cognovit.

628. Herculeam Trachina, sed *Trach.* in litura. 631. soporis. 641. Hunc celicon. 643. Pantosos. 644. fallaciter, et recte. Valeant isti codd. cum suo *feliciter*. Dii boni, quaenam ista *felicitas* in terram, saxum, undam denique et plantas transeundi? 645. Reg. his. 648. omnia somnus. 655. exanimi. 658. profuso.

663. falso; sed in margine: falso pro false. 664. navem. 668. Incertus. 675. lacr. movet atque lac. Delicias facit Heinsius, hunc et sequentes versus ab aliena manu inculcatos pronuntians; quibus vix pulcriores alios fecit poëta Noster. Neque audiendi isti libri sex in quibus habebatur *voce sui:* cf. 680. 682. a corpore. 683. crines. 688. Et disc. — tenenti. 690. Verba. 696. fugeres. 698. duxisses. fuit ha fuit ut. 701. jactor quoque fl. 702. me te. 710. a corde. 713. Moratur.

714. Hinc, sed rasum. 717. in litura: illi. 718. paulo postquam. 724. mentis suae. 730. undas. 740. Senserat hec — unda; sed in hec rasum. 741. Tolleret et visus. 744. solutum est. 752. sors. 754. in guttura, de quo cogitandum. 764. alaxiore gracili conata bicornu. Superscriptum verbis *con. bic.:* dum pareret quadam furca. Et ad marginem: bicornu arbor facta ad modum furcae. In animo habuisse videtur ineptus homo Virgilii furcas bicornes Georg. 1, 264. 770. epherien. Planudes Ἠπερίην. 774. Troïcus. 777. stringit — linquit. 779. clam. Piget me te esse. 782. sum.

783. Qui tibi. 785. Decidit in. 788. amans se invitum. 791. omissum *super*. 796. in litura: illo. Initio haud dubie fuit: illi.

XII, 9, boetia. 22. complexus. 23. servat. ın prospicit ab arbore? an vero tuetur, tutatur rborem, excubat in illa? Malim propemodum *ervant*, ut servare adhuc dicantur istam serpenis imaginem. Aulidenses. Cf. 2, 706; 6, 312; 3, 621, etc. Nisi *servat* pro *servatur* accipienum sit eodem sensu: vid. ad 10, 603.

26. fecerat urbis. Recte Capoferreus: fecerit. alia sexcenties confusa, in quibus ratio valere ebet, non libri. 30. Resque, et in marg.: res communis utilitas. Nugae. 40. gemini, cum xplicatione hac: inferioris et superioris. 43. ocum. 46. aere. 51. altas.

54. partim. 60. prosternatique. 61. recens. 3. requirit. 68. damno. 69. fortesque an. nam ogn. 70. Achaïca. 71. signata. 73. currus staat Achillis. 74. Totaque, ut vulgo, quod longe ortius Heinsiano *Troaque;* ne addam, nomen entis jam satis inculcatum esse. 77. caventia. 8. Exhortatur — dimisit. 79.

Concutiensque suis vibrantia tela lacertis. t omnes quidem codd.: suis, quod plane otioım. Cf. 1, 555. Non semel confusa *ferus* et *uus:* vidd. interpp. ad 1, 159 *; quod et hoc loco ictum esse contendo. Infra 13, 441.:

* Insigne mixtorum horum vocabulorum nuper reperire visus mihi sum exemplum tragoediae, quae inscribitur, Octavia, 517., ubi cum vulgo legatur, trepidantibus interpretibus: Pavere volueres et feras saevas diu Tristes Philippi. hausit et Siculum mare Classes, virosque saepe cedentes. suis Concussus orbis viribus. Magnus ducum Superatus acie etc., quidquid autem est veterum librorum, habeat *suos. C. ro. v. magnis ducum* (quem quidem versum ita scribendum esse etiam Gronovio placuit), et Ascensianus *exhausit*, nec nisi, ad Marmitae expositionem, Aldus eumque secutus Gronovio nesciente G. Fabricius dederint *caedentes suos*: sic reponendum censeo:

Hic subito, quantus cum viveret, esse solebat,
Exit humo late ruptâ, similisque minaci
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo *ferus* injusto petiit Agamemnona ferro.

et ibidem 449.:

Dixit, et *inmiti* sociis parentibus *umbrae* etc.

Cf. et infra 582, 592. sequ., 9, 85. Hoc unum; alterum, quo offendit locus, *vibrantia* est, repertum illud quidem in libris plurimis, nec tamen ferendum. Ipse Burmannus, vocabuli patronus: "Vibrantia," inquit, "pro concussis, mobilibus." Ergo tela concussa concutere Achilles dicetur; quo quid putidius? Quanto rectius Heinsius: "Unus Vossianus *Vulcania*, ut ad arma ejus a Vulcano fabricata alludat." Quovis pignore contendam, hanc esse Nasonis manum:

Concutiensque *feris Vulcania* tela lacertis.

80. juvenis, dixit, solamen habeto. 81. Mortis, ab H. quia, sed τὸ *quia* in litura. 83. S. q. missa; sed item in litura. 84. amissi. 85. concutit.

88. M. enim, nec licet, quam. 89. cassis, nam onus c. palma. 91. removebitur omne. Sic et vulgo. Sed recte, opinor, alter Palatinus et sex alii codd. *rem. ecce! Tegminis officium.* His dictis galeam et parmam Cygnus abjicit; unde 100. sequ. dicitur:

— nec tertia cuspis *apertum.*
Et se praebentem valuit destringere Cygnum,

— Philippi; exhausit et Siculum mare
Classes virosque saepe cedentes feros.
Concussus orbis viribus magnis ducum.

Saepe cedentes Pompejum ejusque filios dicit et Pompejanos, qui terra marique, neque una acie, cesserunt, id est fusi sunt, quorumque classes virosque proelium tandem ad Siciliam exhausit illud, in quo victus Sextus Pompejus in Asiam aufugit, ibique interfectus est.

quo pacto *aperire caput* apud Ciceronem et similia passim obvia sunt. Quod infra 130. parma et galea ejus pulsantur ab Achille, nihil ad rem facit: nam ut hic abjecit arma ista ostentator, ita post decoris causa resumsisse ea existimandus est. 92. indistrictus. 101. abstringere. 102. aperto. Sed modo habuimus *apertum* Cygnum. An *aprico* fuit? Vid. Salmas. ad Solin. f. 990. 104. Puniceas. 107. unum. 108. primum. 109. dejeci.

110. Solus Echionias impl. 112. sentit. 114. B. et omnes libri: Et feci et video, quasi omnium, quos ad Trojam occiderat Achilles, etiamnum acervos videret; id quod foedum atque ineptum. Ipsius vi sententiae legendum Et *vidi*, et *video;* quibus pulchre respondent sequentia *valuit* mea dextra, *valetque.* Sed quaenam vitii origo? Nempe ea non longe quaerenda est, cum constet v et f litteras interdum ob soni affinitatem confusas esse, e vero et i quavis pagina permisceantur. Accedit, quod verisimile sit, d in vidi male diductum peperisse τὸ-ci in feci, sicut passim in simile cl mutatum docet P. Leopardus Emendatt. 20, 25.: ut e verbo *vidi*, altero i forte rapto a sequente vocula, primum fidi vel fici, mox feci fabricatus fuerit, quisquis ille fuit, qui vulgatam nobis lectionem propinavit. Vid. infra ad 14, 517. 118. gravi. 127. sanguis fuit. 128. curru praeceps. 130. palmam.

131. et. Legendum at. Haec duo saepissime confusa. vid. ad 4, 92. 132. rejecto. 133. capulo et cava. 137. Adversos. 138. corpore. 139. infixit. 145. habebit.

151. mactatae — vaccae. 158. Longaque multiferi; sed hoc in rasura. 163. loqueretur. 164. domiti v. Cygni. 167. a vulnere — ferebat.

Rectius omnino alii codd.: ad vulnera — terebat; neque erat, quod τοῦ *terebat* fidem convellere conaretur Burmannus. Sic supra 130.:

— parmam gladio galeamque cavari
Sentit, at in duro *laedi* quoque corpore *ferrum.*

Laeditur enim, quidquid teritur.

168. ipse. Vulgo: ipsum. Sed *ipsum* vim nullam habet; habet *ipse*, h. e. ille, qui festam diem celebrabat, Achilles; cui opponuntur Achivi, h. e. ceteri Graeci ad festum ab eo invitati. 173. fractis. 175. movetur. 182. cara senectus; quod fuit procul dubio: care, sen. Vid. ad 4, 143. Sed nihil opus ista lectione. 184. ulla. 185. domusque. 194. Sed jam configerant. Elisio in vulgatis Sed jam aut cont. admodum dura, ut quae fiat inter monosyllaba.

195. illos. 202. Tale pati jam posse nihil, sicut olim vulgo, quod verum esse intellexit D. Heinsius. 210. ysione. 212. jusserat austus. 216. Conctaque, sed non a manu prima. Superscriptum: ornata. 220. tam vino p. quam virgine, sicut plurimi. Colorem his faciat Nostri imitator Seneca tragicus, ad quem vid. J. F. Gronov. Thyest. 207. et cf. Burm. ad Quintil. Declam. 16, 15. 224. probabat. 229. ignavus. 235. astantibus. 236. Omissa verba *quem vastum — Aegides.* 240. germani. 244. nunc bello, quod elegantius quam vulgata lectio tum b., Nostroque in oratione vivida usitatum: cf. 6, 666; infra 305 etc. 245. Ophialides. 246. Aut. Vid. ad 2, 275. 250. Inmisit in fronti L. Caledontis. 251. cognoscendo.

252. disjectisque. Malim *dissectisque*, quia statim sequitur *disjecto.* 253. naris est medioque est inf.

255. balates dejecto. Recte Mss. sex: Pelates. Similiter in sequentibus, partim libros secutus, partim de meo, vel in ipso ordine reposui, vel, ubi dubium supererat, legendum esse in notis subjectis conjectavi Elopsque 334., Lycoden 350., Hylea 378., Iphinoum 379., Pyritae 449., Erigdupum 453., Cimoli 454., Helimumque 459., denique Pyratmon 460., pro quibus vulgo legitur Helopsque, Lycotan, Hylen, quae feminae nomen, Hiphinoum, Pyreti, Erygdupum, Cymeli, Helimumque, Pyracmon: quia graeca haec haud dubie omnia, et graece dicuntur πελάτης, ἔλοψ, λυκώδης, Ὕλεύς, Ἰφίνοος, πυρίτης, ἐρίγδουπος, Κίμωλος, ἔλινος, πῦρ et ἀτμός; quanquam pro Helimumque scribi etiam potest Elymumque ab ἔλυμος, ut h perperam additum existimetur, sicut in nominibus Helops et Hiphinous; qua de re vid. ad 2, 275. Nam Pyracmon casu recto dici, scio cum Heinsio ad 14., 484.; quarto vix, et ne vix quidem, recipi posse arbitror. Sed haec hactenus, in quibus similibusque hoc in opere passim obviis librariorum, utramque saepe linguam nescientium, nulla est ratio habenda. 256. mixtos spumantes. 259. Cur nunc. 264. reluctantem. 267. Q. suspensa pinu.

268. hic d. G. lumina. 271. methus. 272. Primitium — toaraxi. 296. Dryas. 302. licidasque. 305. tunc. 309. ictus. 313. dederas — Cenaee. 316. cunctis. Bene Gronovius Observatt. 2, 3. junctis vinis, sicut Statius, dixit Silv. 1, 5, 10:

Junge, puer, cyathos, ac ne numerare labora.

nam sic legendum ibi arbitror, nec vel libros vulgatos probo, in quibus est J. p. c., atque enumerare l.: recte enim Marklandus: "Cui," in-

quit, "bono numeraret cyathos puer?" vel acquieverim in Gevartii conjectura minus verisimili hac: J. p. c., sed ne numerare labora. Ac ne labora dictum ut. Ac cito Plaut. Epid. 28., Ac memoriter Terent. Eun. 859. Vide nos ad Terent. Andr. 354.

319. obscenae. 329. pulsat. 333. Pir. virtute Chromin.

335. jaculo est. 336. ad aurem. 337. incipiti (!) 339. cornum. 340. fractam. 341. Phereus. 342. mittentem. 343. fregit. 348. vultumque minantiaque.

350. jacul. nichetum. 351. a correctore: immensa. 352. ciphea. 353. hismoniis.

357. conamine. 360. Palladis. 362. Abscindit jaculo pectus. 369. magnis quoque. Sex codd.: junctis. Legam: junctis quoque vocibus, h. e. conviciis. Vulgata *mentis q. viribus* inepta est. 373. Ipse dolor vires animo dabat, sicut vulgo. Sed non animi viribus hic opus; quare legam: Ipse dolor viresque animus dabat. Cf. 383. 395. aureaque. 399. vir. 401. erat — sic sunt. 407. blanditiis, et amando sicut vulgo. Heinsius: *blanditias adhibendo;* in quam rem confert 10, 259; 3, 376. Verum et violentior haec medicina, et multi codd.: *et amans*, h. e., ni fallor, ut amans, ut ea, quae amaret, cujusque non fictae essent blanditiae, sed quam expeteret Cyllarus,

Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus,

ut cum Plauto loquar Mil. 101. 409. lenis. 411. candentia. 413. hoc flum. c. tingat. 420. qua. 426. dixit. 427. Arguit. 429. saeva. 432. Caudice. 433. Te fornoleniden. Alii codd.: *Tecta phonolen idemque*, *Tectum pholoniden*. Lege

Tectamon Oleniden. Oleni, regis Achajae, filius hic aliunde ignotus; sed hoc nihil ad rem. Saepius m p ph vel f confusa: vid. ad 3, 99, et cf. codicis B. lectiones 2, 240; 5, 110. 434. et quatuor seqq. absunt a B. sicut a multis aliis vetustiorum. 439. hinc. 449. perifanta. 451. cornu. 452. pelethorum. 454. Nessei — cumeli. 459. Stiphelumque Bromumque etc., sicut vulgo. Dedi Styphelonque etc. ne frequentiore *-um* aures offenderentur. Sic infra 550. libri Pylonque, 13, 156. Scyronve, cujusmodi plurima mutata a librariis atque correctoribus fuisse verisimile est. Cf. 13, 99.

462. Pervolat — arm. aeli. 463. membris. 466. gladioque B. et codd. plerique omnes, recte: nam gladio mox ille utitur, nec cana tempora conspici potuissent, si galeam gestasset.

471. Caeneus. 478. Qua fuerat commissus equo.

479. N. sirei. 481. timpora, sicut non ita rare a et o, n et r litterae miscentur. 7, 555; 8, 636. 482. aggred. 487. ut. 494. rapidi. 495. omnes mittunt unum feriuntque. 510. insanis. 514. tumulo.

515. conjectaque. 528. clamore. 529. pariterque animo est oculisque s, ut vulgo, elisis duobus verbis continuis, de quo vid. ad 3, 398. Cf. nos ad 2, 291. 534. ferro exerc. dolorem. 535. B. quoque *diremit*, ut primus Gronovianus. 537. Triptolemus. 539. Herculeae mirum est oblivia laudis Acta tibi, senior, sicut vulgo. Elegantius hoc foret: Herculeae mirum est oblivio etc. quomodo Triste lupus stabulis apud Horatium et similia pleraque apud alios leguntur, Graecorum more. 543. resciscere. 545. fide quoque gessit.

549. messeneia. 550. elimque pylumque. 551. flammasque. 553 Neleidae. 568. Def. viresque neg. mot. 571. pressa est, ut vulgo libri. Cum sequente versu denuo inculcetur *est*, malim hinc abesse, ut quod addidisse de suo videatur aliquis versificator, nescius, posteriorem syllabam τοῦ pressa ante duas consonas, praesertim in caesura, recte produci. 581. Cygneïda. 585. Cynthia. 590. non pers. 591. fuit. 597. patruique. 604. Troica. 609. Victus es. 611. securi. 616. parvum. 618. mansura — hec est. 619. tibi Pelide. 623. Nec utroque loco. 625. Lerciadaeque, h. e. Lartiadaeque, quod in veteribus plurimis habetur, contractione Graecorum poëtis, inprimis tragicis, usitata, quamque et totus ex illis pendens Noster usurpasse hoc loco videri possit, quemadmodum longo post tempore Heinsio laudatus Ausonius in epitaphiis heroum. Verumtamen quia et vulgata lectio Laërtaque, vel potius Laërteque, in bonis reperta libris est manu exaratis, et non contractum Laërtiadaeque infra legitur 14, 48.: satis habui ponere cum Heinsio *solis Telamone creatis Laertaque*, istud, quod vulgo habetur, *soli Telamone creato Laertaque* ab iis rescriptum ratus, qui invenissent Lartiadaeque; quanquam et hoc recepto *solis* tamen dicendum erat, si recte loqui vellet, Ovidio. 627. consistere, vitio frequentissimo in hoc libro, ut suspicari possis, descriptum esse e codice litteris uncialibus exarato, librariumque CONCIDERE habuisse pro CONCICTERE. Vid. ad 4, 376. 628. transjecit.

XIII, 1. et ut gli stante. 2. hos B., sicut ceteri codd., nec male; etsi probarem, si in libris reperiretur, *hoc*, vulgus, quod litteris unciali-

bus scriptum facile cum illo permutari potuit. Vid. ad 12, 627. Certe vulgus intelligendum, ad quod conversus orationem habuisse dicitur Ajax, sicut proceres respicit Ulysses infra 124. 125. Hoc χαρακτηριστικόν. Et sane Ajacis, tanquam tribuni alicujus ad populum, oratio plebeja et non nisi naturali quadam indole placens; Ulyssis, tanquam senatoris ad patricios facta, verba nobilia et omnibus artis luminibus distincta: quo fit, ut illum plebs probet 123., huic optimates suffragentur 382. 8. quas hac a classe. Praeferenda lectio Leidensis *quas* hac ego classe fugavi propter περιαυτολογίαν, quae inest in repetito pronomine. 11. Verba *est isti* erasa sunt in B. In margine adscriptum *isti*. 12. B. quoque: Quantum acie, quod recte ex uno Neapolitano recepit Heinsius. 20. Qui. 24. pegasaea.

27. agnovit. 28. a Jove. 29. in causam. 33. Inseris.

38. Sed. Ita et B. Vulgo: Et. Suavius est, quod Heinsio placuit, At, germanumque mihi videtur: vid. ad 4, 92. 39. ad arma. 42. quia nos. 43. Atque utinam verus, ut Medic. et Vossian., non elisis vocabulis duobus continuis, quod invenustum. Vid. ad 3, 398. 49. precaris, sicut vulgo. Fortius id quidem subjunctivo quorundam codicum, quos sequuntur Heinsius et Burmannus. Ceterum B. quoque, Di dent. 51. Heu pars magna ducum, quod item fortius vulgato H. pars una d.; sed verius quoque: siquidem sine multis aliis Graecorum ducibus expugnari Troja poterat; sine Philoctete, *quo successore sagittae Herculis uterentur*, non poterat. Virgilius Aen. 2, 5.: — quaeque ipse miserrima vidi, Et quorum *pars magna* fui. Et sic non semel. Ceterum de vulgata lectione Naugerius:

"Sic," inquit, "in omnibus, sed fortasse sit rectius *Et pars una ducum.*" Sensit aliquid vir doctus, sed in media ad emendationem via substitisse mihi videtur. Certe longe haec conjunctiora erunt cum superioribus, si legas:

Heu, nunc ille eadem nobis juratus in arma
Et pars magna ducum etc.

Facillime autem *ei* (nam sic fere pro *hei* vel *heu* codd.) cum *et* conjunctione permutatum est *. Cf. 6, 690, nos ad 7, 306. 52. utuntur. Haud deterius foret *utantur*, quo relato a *magna* idque declarante et probante Ajax *magna* ducum Graecorum partem Philocteten di *propterea quod* eo successore utantur sagit Herculeae.

53. Venaturque; sed loco litterarum e e rasum est. 55. comitatus. 56. Vellet. 58. ille

60. obstendit, quod jam. Burmannus: "M lim *quod clam.*" Sane τὸ *jam* alienum est, s propius vulgato rectiusque, opinor, legas *qu clam*, id est *in quem locum* clam praefoderat, e loco ostendit aurum. Infra 103.:

Quo tamen haec Ithaco, qui *clam*, qui semper inermis
Rem gerit?

Magnam cl et d communionem inter se habent in Mss., quam rem illustrat P. Leopardus Emendatt. 10, 25. Cf. 14, 310. 63. vincet. 66. fexusque.

---

* Sic etiam Herculis Oetaei, quae tragoedia inter Senecae est, 718. erratum arbitror, ubi cum sit in libris Nescio quid animus timuit et fraudem struit, vel astruit, quae mendosa esse sensere Grotius et Gronovius, legendum me judice est;

Nescio quid animus timuit hei! fraudum strui.

Strui etiam Gronovio in mentem venit.

69. exprobavit. 72. linquendus eet (sic). 76. hic. 77. ad illum 79. clypeum. 86. Eminus; sed *ingentia pondera* non eminus jaciuntur a mortalibus; id quod vidit optimus Nicolaus 88. vovistis. Sed hujus latinitatem non immerito addubitat Burmannus. Recte, me judice, Bononiensis: noluistis. 92. tunc. 93. corpore.

96. major honor, ὁμοιοτελεύτῳ minus suavi. 99. Helen*on*, sicut Priamid*en*, quod non spernendum in striptore graecissante. Vid. supra ad 12, 459. 100. Luce nihil actum est nihil est D. r. 101. Si tamen.

102. major. Unus Heinsii *melior*, id est bona: vidd. Burm. ad h. l., nos ad Plauti Aul. 288., Terentii Adelph. 613. Nam quod modo legimus *major honos* 96., propterea expetendum fuerit potius quam repudiandum istud *major* hoc loco usurpatum, utpote in infante ac stolido. Vid. infra ad 835. Donatus ad Terentii Eun. 3, 1, 22: "Mire," inquit, "est facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis exprimendam." Cf. 34, 35, 39; 43, 58; 46, 57, 64, 67; 94, 97; 32, 104, 111; 118. 104. decidit. Similiter 8, 726. exaratum vulgo *dii* pro *pii*; 9, 703. in aliis codd. *durasque*, in aliis recte *purasque*; contra 15, 159. unus *sepe* pro *sede*; et sic passim versae litterae deprehenduntur in Mss. Vid. ad 2, 575. 106. perdet. 109. P. hasta p. i. esse lac. 113. Quid. 118. *est* omissum. Ceterum in verbis *novus successor* notanda est περισσολογία loquacis rudisque militis: nam cum alterutrum horum sufficeret, utrumque dixit. Vide supra ad 102. 130. potiremur. 133. melius magno succedit.

134. Danaïs magnus. 135. uti est, hebes esse videtur. Recte unus Basileensis: fatetur, hellenismo, quem illustrat Heinsius ad hunc locum.

Ajax supra 10. *nec mihi dicere promtum*, Nec facere est isti; quo respicit Ulysses. Cf. animadversa supra ad 102, 118. Haec vocabula etiam 14, 844 et alibi confusa. Cf., quae nos ad 12, 114. 144. accrisius. 153. honor, sicut vulgo. Meliorum, quos dicit Heinsius, *honos* ob concursum s litterae minus placet in eloquente, qualis est Ulysses.

155. Purus. 156. Phthiam haec Scyronve. 157. isti. 158. Non p. i. t., non si petat, auferat ille; quorum similia et in aliis sunt libris. Elegantiora haec quam ab editoribus praelata ista *num sperat ut auferat arma*, et repetitio verbi *petere* vere Ovidiana. 159. quoniam apertum cert., quod fuisse videtur initio: qu. putum cert. 163. et deceperat, nec placet asyndeton vulgatarum editionum. 174. Chrysen. 175. scirum. 177. alios. 188. munera, quod vulgato *commoda* non deterius, et fortasse verum, certe διττογραφία ipsius Ovidii. 191. fraterque clarique. De hoc vid. supra ad 60. 195. etiamnunc.

203. V. rapuere m. sis. 204. Primaque. Sic B. et omnes libri, ut primum eo die periculum adiisse dicatur Ulysses cum Menelao; quod vel ad bellorum casus adversos referendum in genere est, vel de altera ad Trojam legatione Ulyssis cum Menelao et Diomede intelligendum, de qua vid. Dictys Cret. 2, 20. 209. Illa, frequenti lapsu in hoc codice: cf. 2, 222; 8, 677 etc. Sic passim i et u litterae ob similitudinem confusae. 215. Armandique. 218. culpam, ex interpretatione. 221. det. 222. N. esset hoc. 223. fugit. 232. lacessere. 234. hostes. 235. Admissamque. 237. refrixi. 240. Ore probat. 241. mibilus, pro milibus, h e. millibus, a syllaba ad syllabam aberrantibus forte librarii oculis, quemad-

odum non raro accidit. Cf. Heinsius infra ad 50; 14, 95.

243. et sumto. 244. Ausum etiam. 248. proissa, sicut vulgo, nec male: vidd Tan. Faber pist. 2, 69, Burm. infra ad 348. Conjiciebam iquando legendum esse praemessa μεταφορι-ῶς, sicut passim *metere* usurpatur, ut quasi aelibata laude redire se tunc potuisse dicat Ithansis, cum in ipso hostium exercitu atque urbe eculandum sibi amplius non fuerit, ut cui olon, quae ab iis pararentur, omnia prodidis-. Festus; Praemetium, quod praelibationis usa ante praemetitur. 249 Haut. 254 begnior. Recte, ut opinor; h. e. humanior seu itior, quam se oratione ostendit sua; et comrativo accepto pro positivo, sicut passim (vid. pra ad 102), haec erit loci sententia: tum acidum se praebebit Ajax; contentus eo, quod ihi arma negaveritis, quamvis ipse quoque aeteritus. Quibus in verbis amara inest iroa, quasi tanti scilicet sit Ajax, ut ejus placandi atia faciendum aliquid sit Graecis et inique endum cum viro de ipsis meritissimo, Ulysse. 7. Iphitiden et Alastoraque, quod ferri non sse vidit Burm. Legendum, nisi omnia me lant.:

— et Alastora? *quid* Chromiumque
Alcandrumque Haliumque? Noëmonaque Prytaninque
Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona etc.

e.: et Noëmona et Prytanin et Thoona cum ersidamante etc. exitio dedi, quo hyperbato n observato turbaverint, suo more; descripres. De *quid* pro *que* a me reposito nihil quod moneam, nisi persimilia esse harum

vocularum compendia in Mss. Vidd. libri e Francogallico in vernaculam linguam conversi, qui sic inscriptus est "*Lehrgebäude der Diplomatik*" vol. 4. pag. 492. cum tabula vol. 5. pagg. 88-103, Chronic Gottwic. tom. I. pagg. 50 sequ. Vulgatum accipiendum foret pro eo quod est: et Alastora quoque, de quo usu τοῦ vid. inprimis J. F. Gronov. ad Liv. 1, 26. extrem. Sed quorsum ista emphasis in milite non magni nominis Lycio? 258. aliumque. 263. pulcra l. ne. 264. diduxit. 271. sed ne. 272. Occupet acta, aliquem nobis. Istud *acta* ortum mihi videtur ex atce, h e. atque, sicut qu et c permutari solent: vidd Palmer. Spicil. Lamp. Gruter. 4, pag. 745, J Gulielm. Quaestt. in Plauti Cas. c. 2., nos ad ejusdem Bacch. 358. 276. meique ducisque. 282. timorque. 287. certe vestros. 288. nato. 291. novit. 298 sensit. 299. vocas. 303. nequeam. 308. Palamedem cr. turpe est, quo recepto neque trochaeum extrema regione etiam hujus versus, sicut praecedentis, habebimus, et vitabitur vocum trium continuarum crimine turpe Accusasse ὁμοιοτέλευτον.

310, 311. tantum Tamque patens, sicut libri, cum a duobus discesseris, qui *notum* pro *tantum* exhibebant. Sed fac, poëtam jam hoc loco istud facinus vocasse *patens*, cur addit: pretioque objecta *patebant?* Numquid putida videtur repetitio ejusdem verbi in scriptore eloquentissimo? Avias, ut cum Persio loquar, evellamus ex animo, et adductis omnium Capreolorum superciliis legamus:

Sed neque Naupliades facinus defendere tantus
Tamque potens valuit, etc.

tantus tamque potens, h. e. tanti vir ingenii et

ım gratiosus. Vidd. historici, inprimis Dares hryg. capp. 25. sequ. et Ptolem. Hephaestion 5. pag. 327., secundum quos auctores, a quius Hic non abhorret, summum etiam, impeum in Graecos habuit aliquamdiu Palamedes. mare autem et ingeniosus opponitur stolido 35. 290 seqq. 327. 362 sequ., et potens ei, quem emo vel laudet vel expetat, qualis describitur oratore nostro Ajax 238., ut facile intelligar, quod crimen ipse Palamedes atque amici us diluere non potuerint, id repellere Ajacem, orsus insani esse. Hanc igitur loci procul dubio fecti sententiam esse arbitror, ad quam efficienm opus non erat magnis emendationum mainis, sed lenia adhibita fuerunt remedia, litrarum inter se commutationes et faciles et equentes: siquidem s et m finalia misceri soat, ut monitum a nobis est ad Pla ti Men. o, nec raro a in locum τοῦ o successisse supra servavimus ad 12, 481. 319. sed infelix, c. s. cit. Vid. ad 857. 329. Philoctetes. 332. post quentem legitur in B. Versus nec depravatus, que adulterinus, quem sic interpretaberis: (h. e. tam tuto, tam sine periculo) tibi fiat ei copia, quam tui mihi, quem quidem audaer convenias licet, ut qui tibi me exsecranti nime sim infensus. Habetur autem *sit* pro in B. 333. aggrediar, nec inultus, spero, inquar. 334. tui 335.

Quam sum Dardanio, quem cepi, gnare potitus,

od fortasse fuit initio: Q. s. D. q. c. ego, vate Sed hoc leve. Quis ita dicentem patienter at quenquam, nedum Ovidium: Quam vate rdanio sum potitus, quem cepi, h. e. quasi: am vatem Dardanium cepi, quem cepi? Nu-

gae lectionis! nugae merae librarii! Reponamus ocius:

Tamque tuis potiar (faveat Fortuna!) sagittis,
Quam sum Dardanio, *quum coepi*, vate potitus.

quum coepi, h. e. cum decrevi illo potiri. Cicero, monente Ernestio in Clav. Cic., Verr. 2, 38.: *Coepit* vendere, et vendidisset. Noster supra 9, 115.:

Quandoquidem *coepi*, superentur flumina, dixit.

336. Qui responsa. 337. Qui rapui. 338. comparat. 339. sine ipso. 345. afferre. 350. in illo. Non male Heinsius: et illi, sicut vocularum *et* atque *in* compendia interdum miscentur: vid. supra ad 319. Verum etiam vulgatae edd. bene: pars est sua (h. e. ejus) laudis in illo; melius Moreti unus: p. e. s. l. in illis, quia de pluribus ab Ulysse prudenter gestis verba hic fiunt. Supra 1, 605: *suus* conjux ubi sit, circumspicit. 8, 646.

Quodque *suus* conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis.

Et similiter Terentius, Cicero Livius, aliique, de quibus vid. inprimis Franc. Jos. Desbillons ad Fabullarum ipsius Aesop. lib. 5, 34.; 8, 23. 355. alterum *peteret* omissum. 360. Edd.:

Quippe manu fortes (nec sunt tibi Marte secundi)
Consiliis cessere meis.

Apage uncinas, quae neque in B. neque in ullo scripto comparent, et sanum esse locum intelliges, cujus haec videlicet sententia est: Quippe manu fortes illi cum sint, nec tibi (h. e. ne tibi quidem, qui sis optimus miles: cf. 220, 270,

364.) bello cedunt, at mihi consilio. 361. bello cedunt, at mihi consilio. 361. bello est. 362. nostro. 363. *est* omissum. 372. vestris. 378. petendum est, bene, ut quo evitetur horum versuum ὁμοιοτέλευτον, quod etsi non insolens est, sicut ostendi ad 2, 681, removendum tamen, ubicunque fieri potest, recte existimant viri docti. 383. Tunc patuit. 393. ferrum. 394. rubefactaque. 395. cespite. 400. Post hunc versum B :

Transiit et tandem portu votoque potitus,

quorum similia et in aliis habentur scriptis, superflua illa quidem omnia, ut haud cunctanter omiserim cum Heinsio et Burmanno. 402. Grecos. 403. Impositaque est fero. 405. Edidit inf. 406. auras. Sed oras recte intellexit vetus possessor codicis, qui superscripsit contratas, h. e. contradas. 407. qua pontus clauditur. Helles. Versus 404 — 407. ab instituto Nostri alienos arguunt sequentia, in quibus item breviter de exustione Trojae et nece Priami dicitur, Hecubae vero in canem transformatio prolixe narratur, unde colligas, his paucis nudisque, quibus absolvi rem posse ab initio poëta crediderat, post secundis curis accuratiora illa substituta ab eo esse, nec tamen deletis, quae rejecisset. Tristium autem 7, 35. seqq. constat, neque ipsum Ovidium edidisse Metamorphoses, neque emendare rude carmen, ut ipsius verbis utar, per temporis importunitatem licuisse. Quare uncinis istos versus inclusi; quorum postremo quidem qui locus describitur, Chersonesus Thracia est, qua parte Hellesponto adjacet, ibique Cynossema: nam Trojae, urbis celeberrimae, situm ita significare putidum fuisset. Neque igitur plene distinguendum post *auras*, qui vulgaris

error est, sed eo modo, quo in hac editione fieri jussimus.

420. dant. 423. Hecuba. Quod vulgati libri habent, Hecube, nec graecum nec latinum est. quam: Reponendum, ubi porrecta nominis syllaba extrema opus est, Hecabe. Hygin. fab. 170: Hecabe Dryantem (occidit). Litteras a et u misceri in Mss constat. 424. Pulsantem. 428. crimen. 432. armis. Sed a Phrygum armis Phrygi nihil timendum erat. Recte igitur *arvis* libri quatuor, plane ut Euripides Hecub. 6.: — ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονός. 436. defixit. 438. Τὸ e vel quidquid eo loco libri fuit, erasum est. 442 minanti. 448 intacta. Euripides Hec. 537: Κόρης ἀκραιφνὲς αἷμα. 451. Fortis et infelix et plus quam femina. Vidit hic aliquid, sed quasi per caliginem, Tan. Faber, qui Epist. 2, 69: "*Virgo*," inquit, "*plus quam femina* non alia esse potest, quam puella quidem, sed quae supra sexum suum ἀνδρείας γ' ἕνεκα assurgat. Itaque et fortior quam femina. At si ita est (neque aliter est), ex versu Ovidii erit fortis, et infelix, et fortior quam femina; quod quale sit et quo nomine appellandum, dicent magistri," etc. Quem sic legendum esse conjicientem:

Fortiter infelix et plusquam femina virgo,

fefellit quidem impetus; nec tamen haec viri, acutissimi animadversio prorsus rejicienda erat, sed eo valere debebat editoribus, ut vitiose *fortem* simul et *plus quam feminam* dici hoc loco Polyxenem intelligerent. Quo accedit mediis inserta illis vox *infelix*, qua adeo turbatur ordo ac series orationis, ut aut dormitasse Ovidius aut delirasse videatur. Non igitur de corruptione loci dubitandum, reponendumque est, ni fallor:

Fortis et infelix heu! plus quam femina, virgo
Ducitur ad tumulum etc.

h. e. et fortis et infelix heu! magis quam femina nata, sicut *plus* pro *magis* non raro usurpatum legitur, et *ei* (h. e. heu vel hei) cum copula *et* permutari monuimus ad 50. hujus libri. 2, 612.:

Poenitet *heu!* sero poenae crudelis amantem.

3, 229: *Heu*, famulos fugit ipse suos. 6, 273.:

Heu, quantum Niobe Niobe distabat ab illâ,
Quae modo Latoïs populum submoverat aris!

11, 561: socerumque patremque Invocat, *heu!* frustra. Et ita saepius Noster, Horatius Od. 1, 24, 11; 3, 11, 42 etc. aliique. 452. duroque. 458. aut tu — ferrum. 460. S. haut — vellem. 461. Haut — placabitis. De *haut* pro *aut* perperam exarato vid. ad 2, 275. Sententia, paulo obscurius expressa, haec est: Aut ferrem servitutem, h. e ignobilis et abjecti animi essem, ego, Polyxena, regis inclyti filia, aut acceptum erit hoc sacrum numini, cuicunque facitis; quod idem ac si dixisset:

Gratum fuerit hoc sacrum deo illi, quisquis est, quia generosae sum indolis et impatiens servitutis. 462. B. quoque:

Mors tantum vellem matrem mea fallere posset. De quo versu non temere Burmannus: "Languidi;" inquit, "et simul durissimi hi numeri, tribus vocibus in mugientem illam literam m exeuntibus, et tribus itidem spondeis se subsequentibus. *Vellem mea matrem* Voss. et Thuan., et *matrem mea vellem* unus Heinsii; ego vero mallem:

Mors tamen haec vellem mea matrem
fallere posset."

Sane, qui versus utroque horum vitiorum simul deturpentur, rarissimi sunt; qui alterutro, non ita infrequentes; velut item tribus verbis continuis m littera finitis Noster dicit supra 159.:

Ergo operum quoniam nudum certamen
habetur;

et 12, 187.: Spectatorem operum multorum etc. et quatuor 14, 34.

Carmine cum tantum, tantum cum gramine possim.

Virgilius autem Georg. 2, 340.: Cum primum lucem etc.; et ibidem 4, 500.: neque illum Prensantem nequidquam —; et Aen. 4, 342.: Urbem Trojamam primum —. Et similiter continuos tres spondeos, sive elisis sive non elisis vocabulis, uterque poëta frequentius etiam usurpat: velut Ovidius Met. 10, 671. haec habet:

Et *rursus ponti jactu* remorata secundi;

et 11, 349.: Heu, Peleu, Peleu, magnae —; et 12, 83.: Sed quanquam certâ nullus —; et ibidem 128.: Tum vero praeceps curru —; et 458.: Ad mentum lingua mentoque ad —; Maro autem Georg. 1, 242.: Hic vertex nobis semper —; et 460.: Et claro silvas cernes —; et 4, 174.: Illi inter sese magnâ —; et Aen. 3, 658.: Monstrum horrendum, informe, ingens etc. Recte igitur de transponendis hoc loco verbis cogitavit Burmannus; qualibus transpositionibus cum temere uti librarii soleant, quidni id remedium cum ratione adhibeant critici? Legendum censeo, nulla praeterea facta mutatione:

Mors tantum posset vellem mea fallere
matrem.

471. Nunc — ineptum (pro inemptum, sicut p inseri solet a librariis). 479. Tum. 482. Priamidas.

487. Ediderat. 490. in funera. 495. vulnera pectus. Plerique *vulnera vulnus;* sed recte Heinsius: *funera funus*, quia de vulnere mox sequitur. Haec verba non semel mixta: cf. 490. et notata ad versum spurium, qui sexto libro legitur vulgo post 282. 496. Et ne. 502. Tunc. 503. Nunc quoque mî metuendus erat. c. ille sep. Falso mi pro mihi ante consonam in poëtis scenicis Latinorum damnari a G. Hermanno in praefat. editae ab ipso Trinummi Plautinae pagg. 14 sequ., vel ex eo liquet, quod ne epici quidem, scenicis illi longe limatiores, ea contractione abstinent; qua de re dixi ad Plauti Amph. 356., Trin. 602. 507. Sed finita tamen, ut olim vulgo, et recte. *Eventu* quidem *gravi*, excidio Trojae, finitam esse ait *publicam* cladem (bellum, quod ad omnes cives pertinet), sed *finitam* tamen; suam solius privatam cladem nondum esse finitam, sed vigere, ut cum maxime, dolorem suum. Sententia optima et clarissima, quam odoratus Constantius Fanensis tamen praetulit, quod in quibusdam codicibus habetur, *Nec* finita tamen. Palatinus *Sit* f. t., quemadmodum Si, Sed, Sit commutari inter se solere alibi monui; nec melius Heinsius Si f. t., Schepperus apud Tan. Fabrum Epist. v. 2, 71.: Sed finita *aliis*, cum non videret, istud *aliis* verbo *publica*, et melius quidem, expressum esse. 508. Incursuque (continue) m. d. e. quia max. r. 518. nisi uti (nam i in *uti* manifesto erasum est). 521. sua est. 525. est haec. 526. Contigerint B., ut Basileensis, quo numeri versus eriguntur. 534. lacerata. 538.

Trojades e., expalluit. 542. extollit. 544. iram. 545. Que.

546. omissum *est*. 549. eccuba. 550. annorum non oblita. 551. Polynestora. 555. tunc. 557. illius, quicquid et. 560. correpto *c.* agmina. 561. Invocat. 562. Expilatque genis oculos, — nocentem. Et sic plurimi vett.; alii multi *potentem;* rectissime vero, qui *valentem.* Cf. 7, 526. 563. sontis. 560. Troiada.

567. abest *missum.* 568. ad verba. 578. artat.

580. Achilleia. 602. dum. Legendum puto: veluti cum flumine natae Exhalant nebulae, h. e. exhalantur, de quo usu activi vid. supra ad 10, 603. 605. colorem. 606. animum. 607. volucri similis. 610. et cum sonus. 611. plangor. 614. alas.

619. moriturae more. 633. colebatur. 634. nota.

638. positisque. 640. Phoebe. 647. enim est. 648. Auxilium. 651. stirpi. 653. laticesque. 659. gentem. 662. reddantur. 663. pectora. 664. Reddidit et tim. 668. etiamnunc. 674. volucres.

676. petiere. Sed in proximis est petere. An fuit *somni meminere?* Litteras m n p et t confundi nonnunquam monuimus ad Plauti Mil. 678, Truc. 285 *. 677. adeunt. 684. ni-

* Litterarum m et n inter se commutatarum exempla satis frequentia in scriptis et olim impressis libris; p et t rarius miscentur; qua ratione expediendum puto Octaviae versum 696, ubi vulgo legitur de Poppaea Neronem amore suo irretiente: *quem tuus capit decor Et culpa Senecae.* Haec Delrius enarrans

Nae facit intelligendo ut nihil intelligat,

cum Terentio ut loquar; Gronovius autem recte castigans interpretem, non recte suadet *Et culpa nuptae,* quibus verbis quid cum illis rei sit nemo dicat. Reponendum censeo:

leus. 685. Hee, pro hec, vel hecc, opinor, h. e. haec, haece, de quo vid. ad Plaut. Epid. 207. 690. arbor. 691. lambunt. 692. natas ab erigone. 706. cretam. 710. Portibus. 711. Samonque.

712. naxxitiasque — ulixis. 713. vecti et. 715. Jud. amaci quae. 717. Moloso. 718. Impia. 721. tenetur. 725. imb. est versus Paoh. 726. arctos. 727. expertes — pelorus. 728. Huc s. T. remis. 738. Cui dum. 739. repetens. 744. luctus. 749. res. galatide n. est. 756. Hec, sicut N et H commutantur. 757. praestantior. 758. utrumque f. proh.

766. rescindere. 769. veniunt. Cesserat, h. e. cessit: vid. supra ad 2, 301. 770. del. in aequor. 780. accendit. 788. verba not. 789. folio nivei, vitio ὁμοιοτελεύτου medii et extremi versus. Ob eandem causam et in proximis transposui verba Splendidior vitro. 790. post sequentem legitur in B., qui: prato. 792. Lenior. 794. Nobilior palmis, egregie. Horatius Od. 1, 1, 5: *palmaque nobilis*, etc. Inepte ineptam ceterorum codicum lectionem *pomis* explicant quidam editores. Non semel confusae a et o litterae, qui fons erroris: vid. ad 11, 393 etc. Scriptor Octaviae 387. vulgo: — *solis* et cursus sacros, Mundique motus, *solis* alternas vices, in quibus alterum *solis* mendo laborare fatentur omnes, opem tulit nemo. Legendum procul dubio:

Caesari juncta es tuo
Taeda jugali, quem tuus cepit decor,
Nec culta Senecae tradidit vinctum tibi
Genitrix amoris, maximum numen, Venus.

Quod non cultam Senecae Venerem dicit femina, pertinet ad versus tragoediae 557 seqq. Gradus corruptionis hi fuerunt, opinor: decorecculta, decoretculpa, quae quidem corruptio e scripturae continuae et similium inter se olim litterarum ratione facile explicetur.

O quam juvabat, quo nihil majus parens
Natura genuit, operis immensi artifex,
Coelum intueri, solis et cursus sacros,
Mundique motus, *salis et* alternas vices,
Orbemque Phoebes etc.

Salis alternas vices, id est accessum et recessum maris, cujus rei aptissima mentio inter mundi motuum et lunae. Copula passim excidit. Contra Phaedrus fab. 2, 6, 17. non *duabus* dedit, opinor, sed *duobus*, cum quia proverbii speciem haec habent (vid. Erasmi Adagg. 5, 2, 30.), tum propterea, quod causa nulla est, cur femina potius aquila intelligatur quam mas; qua de re cf. Perizon. ad Sanct. p. 58. ed. 1704. Rursus a pro o illatum Senecae Herc. Oet. 398., ubi ceteri libri *fato*, solus Florentinus recte *voto*. 805. praecipue, si possem, demere vellem. 823. possum. 824. num. greges. 833. Parque — demtusque. 835. dign. possis. Τῷ *possis* ob praecedens possint offensus Heinsius malit: *et vix dignoscere quos sit*. Elegans hoc, sed eam ipsam ob causam alienum a Polyphemo, quem decent ejusmodi repetitiones, sicut Ajacem supra: vid. ad 102., et cf. 849. sequ., 857. (collato 843.), prout emendatus a nobis est secundum Ms. Cantabrig., 860. sequ. 838. Jam nunc. 842. sum. 846. N. mea q. duris. 849. decori. Barba etc. 857. sperno, qui penetr. Cantabrig. et coelos sperno, h. e. haud dubie: in coelo sp. (vid. supra ad 319., ubi B. *infelix* pro *et felix*), sicut supra est 843.: Jupiter in coelo. Cf. monita ad 835. 861. complexibus. 867. acrior. 872. montibus. 877. etna. 880. mihi precor. 885. quod fieri nobis per. 887. nole. Sed hoc vocabulum mox sequitur. Palat. *monte*, h. e. partem montis, quam jecit Cyclops: vid. 882. 889. umbre. 890. Tunc m. fracta. 891.

per imas proceraque. 896. A. er. qui sic que erat. 900. cedere.

904. scindens. 911. L. sub arb. 916. Sensit. 918. non majus. in aequore. 919. et Triton. 928. coll. semine flores. 937. Post haec versus 939. sequitur in B. 940. dubitoque diu causamque requ.

947. rest. diu, rep. 948. aequore. 954. lapsus — amnis. 957. sentit. Hunc et antecedentem versus post duo sequentes habet B. 958. redeunt. 960. tunc, quod recipiendum sit ad vitandum ὁμοιοτέλευτον. Vid. supra ad 462. 963. pennigero. 966. dicturum scilla rel. 967. Plura d. finierat ille iratusque.

XIV, 1. etnam. 3. bobus. 5. rethi. 6. Naufragumque. 15. cognocius. 17. etalico messenia. 20. aliquod regnum. 25. altius. 30. certeque, h. e., nisi fallor, certaeque, a certa, fida et honesta, femina. 32. Neu dubites, adsitque tuae fiducia formae. Lege cum plerisque codd., quos et Burm. sequitur, *absitque*, h. e.: Et ne dubites, et ut absit fiduciae tuae formae: (quia jam mutatus in deum es: ne ista forma elatus me spernas): en etiam ipsa dea sum etc. Quomodo passim *ut* repetendum esse ex *Ne* praegresso, ubi valet *Ut non*, sciunt, qui latine. Frustra Heinsius: *absitve*. 36. duas. 43. gramina. 47. Oppositumque. 49. terra. 52. recreabat. 55. portentificisque. 50. hic fontis laticem. 59. mediamque t. descendit in alvum. 61. credens non. 63. abstrahit. 65 — 67. Hic locus vulgo sic habet:

— pro partibus invenit illis.
Statque canum rabies, subjectaque terga ferarum.

Inguinibus truncis uteroque exstante cohaerent.

Heinsius, mendum latere suspicatus: "Forte", inquit, "*Statque canum rabie*", hoc est: inferiores partes, femora nempe, crura et pedes in canum rabiem mutantur. "Quam sententiam quomodo ex istis verbis elicuerit vir doctissimus, nescio; neque probo, quod trium codicum lectioni *cohaerent* ceterorum omnium *coërcet* vel *coërcent* (B quoque *cohercet*, h perperam immisso, sicut saepe alibi) indicta causa posthabuerit." Ceterum mendosa haec esse, neque ipse diffiteor, legoque:

— illis,
Atque canum rabiem subjectaque terga ferarum
Inguinibus truncis utroque existante coërcet,

h. e. continet. Virgilius Aen. 3, 424:

At Scyllam caecis *cohibet* spelunca latebris etc.

Scripturâ continuâ haec ita exarata: — *illisatqueca*, *numrabiesubjecta* etc., s litteris in verbis *illis* et *subjecta* male geminatis, ut fieri solet, vel *hatque* pro *atque* forte scripto (vid. ad 2, 275; 15, 686.), facile degeneraverunt. Certe jam minime inepte ipsa Scylla canum rabiem et ferarum subjecta terga (h. e. per hendiadyoin: terga seu corpora subjecta rabiosorum canum) inguinibus et utero continere fingitur, quam similiter dicit Maro Eclog. 6, 75.:

Candida *succinctam* latrantibus inguina monstris,

quem locum ante oculos habuisse videtur Noster supra 13, 732.

73. sequ. B., sicut vulgo:

Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat,
Transformata foret: scopulum quoque navita vitat.

d recte Argentinensis codex, quem expressius. A priore versu ad posteriorem forte abraverant, ut opinor, oculi descriptoris, qui imus vulgatam nobis lectionem concinnavit; mque semel alterum versum altero farsisset, nendare corrupta noluit, ne lituris deturparer scriptura sua; quomodo et supra 8, 701 sequ. ratum est. Mirum autem, ni saxeus fuit scolus, h. e. saxum. Quare non invitus reperim *lacteus*, colore lactis. — Catullus 56.:

Num te *lacteolae* tenent puellae?

oster supra 13, 732. de Scylla:

Illa feris atram canibus succingitur alvum,
Virginis ora gerens etc.

rgilius Aen. 3, 426.:

Prima hominis facies et *pulcro pectore* virgo
Pube tenus etc.

ote igitur cretosum albicantemque aliquem in tore illo scopulum, qui forte hominis foram referret, lacteum, h. e. candidum, *exstare* kit Noster, tanquam colore virginis in eum nversae, sicut *Heliconem* montem *virgineum* pellat 2, 219.

75. Hunc. 83. Ad sedes Erycis. 95. remis-. Causam erroris aperui ad 13, 241. Cf. 15, 4. 100. reliquit. 103. undis.

106. vultum t. moratum. 109. ignem. 114. silva. 120. adverso. 121. mollit. 127. quibus eas mer. 130. Non dea. 134. sperat et dum rrumpere. 137. Ostendi. 139. Excidit ut peten, sicut codd., cum a tribus Heinsianis disseris, qui: Excidit optarem. Sed modo ha-

buimus *optatis*. 147. cum de tanto me, elegantiore positu verborum. 148. faciet. 150. redigentur. 154. emersit. 155. Troicus.

159. Ulixi. 169. Haec mihi ni p. d. e. Ithacique. 172. coelum et *fida* sidera solis, quod quid esse dicam nescio, nisi fuerit *sita* sidera solis, h. e. immota, utpote stellae fixae. Martialis Epigr. 12, 63.:

Scisse nec ad Manes, sed *sita* dives humus,

quem locum declarans Faber. in Thes. erud. schol. v. Situs: "Sita," inquit, "integra positu, nec suffossa aptaque ferendis frugibus, et ita dives." Quae conjectura si cui probetur, is locum sic interpunctum leget:

Quod loquor, et spiro coelum, et sita sidera solis
Adspicio etc.

ut spirare coelum accipiatur dictum pro eo quod est spirare aërem sive auras coeli. Haec cum non essent pro cujusvis captu descriptoris, cito mutari fuit consentaneum.

173. Respicio, possumne. 175. jam non. 177. nisi timor. 179. clamare. 180. vestri. 181. revulsum.

187. reduxit. 188. tota gemebundus o. Aetna. 193. in quo, quod minus tritum. Vid. Burm. 195. sanguis. Vidd. Heins. et nos ad 2, 286. 198. lividus.

200 sequ. hoc ordine exhibebantur in Ciofani libris, quo firmatur Schepperi conjunctura apud Tan. Fabrum Ep. 2, 71., legentis *Mentaque* pro *Membraque*, quae est codicum scriptura, facile illa quidem permutanda cum Schepperi, ut supra demonstrare studui ad 9, 111.: siquidem vultu commemorato statim de manibus dicere, dein rursus incipere de mento et

barba, vultus partibus, praeposterum: nam quod de oculo exusto sequitur post cetera omnia: seorsim haec accipienda sunt, utpote longe alio affectu, horrore quidem, sed tantum ex re foeda, dicta quam superiora, in quibus quae conspecta ab se dicit Achaemenides, valebant ad mortis timorem homini incutiendum. Alteri autem versui praeponitur 201. in vulgatis libris. 202. ipsa. 203. pressurum, jam nunc. 207. Cum super. 209. Semianimesque.

212. frustra. 217. expers. 218. Hanc procul. 222. tecum est cr. p. 229. victos. 240. Coniciunt. 241. Una tamen; et sic vulgo. At unus Mediceus: Prora t.; "ex versu 164," inquit Burm.; sed non persuadet. Vicina in codd. *prora*, *prona*, *prima* *: vidd. Heins. infra ad 930, nos ad 8, 677; 12, 481. Legendum *Prima*, ut longissime a Laestrygonibus abfuisse dicatur ista navis, itaque effugisse. 244. hinc cernis. p. h. t. crede, sicut vulgo ante Heinsium et Bur-

* Fecundissimus hic fons errorum in libris vett., in quibus nulla non pagina *homines* pro *omnes*, *omnia* pro *omina*, *tumor* pro *timor*, *uis* pro *jus*, *nox* pro *nox*, aliaque pro aliis sexcenta similibus scripta deprehendantur ob oscitantibus librariis; velut *lux* in vulgatis libris tam scriptis quam impressis legitur tragoediae, quae inscripta est Octavia, versu 20., sed in principibus Fernandi et Cajetani editionibus habetur *nox*: ocius repone mecum:

O lux, semper fenesta mihi,
Tempore ab illo *nox es*, tenebris
Invisa magis.

Quod *est* pro *es* ibi praeferunt libri, vel t adjecit ex vocabulo sequente. Pari modo corruptus ejusdem fabulae versus 825. illato *morte* pro *eo*, quod ipsa oratio sibi poscit, *more*: nam si morte admissa haec punire parum videtur iratissimo Neroni, cur occidi jubet Octaviam? Imo praeter *morem*, id est immodice, ulcisci vult populum cum nece carissimae civibus uxoris. tum omni genere malorum ipsis inflicto. Ergo legendum:

Admissa sed jam *more* puniri parum est.

mannum, qui: *procul hinc tibi (cerne) videnda est;* male: nam quorsum cernere jubeamur ea, quae a nobis jam conspiciantur, sicut hoc loco praecessit: terris adlabimur illis, quas procul hinc *cernis?* Legendum certe erat *cernas*, h. e. cernere potes, si locum haberet *cerne*. Verum non est ita, neque hic agitur de videndo, quod proprie dicitur, sed istam Circes insulam procul Aeneae videndam esse cum ait Achaemenide, monet, ne illam adeat, ut quam ipse perniciosissimam expertus sit, additque *Crede*, tanquam consiliator benevolus, qui timet, ne fidem sibi alter non adhibens damno afficiatur. Malim autem: Procul haec tibi. 245. mihi est. 255. mistique l. ursique. 261. pulcro. 268. quod effaciunt. Ortum hoc, nisi fallor, ex e (pro he, h. e. hae: vid. ad 2, 275.) faciunt. 269. mistis. 272. omina vocis.

279. Et pudet, et referam. Alieniores copulae ab hoc loco. Quare fuit, cum vel reponendum existimarem *Hei, pudet, at referam;* vel: *Ut pudeat, referam;* de quibus conjecturis vid. supra ad 1, 206; 4, 92; 13, 51.

282. durescere. 284. illuc. 286. Claud. in antra suis solum c. f. 287. eurialum. 288. maneret. 292. Moli. 295. miscere. 302. hac tell.

304. humeri et subj. 305. ampl. illis, quod lepidissimum, et similiter decem alii libri: ulnis.

310. quod dea mihi. Cf. 13, 60. 317. Cur aut f. Istud *aut* procul dubio fuit anc, h. e. hanc. Cf. supra 268 etc. 319. meae hinc dictis. 322. decoram. 324. spectasse tot annos. 325. quat. edere pugna. 327. montana. 330. Narve — opacae. 331. stagnum. 333. nympham. 336. Laurenti est t. P. 337. a manu prima: facies et rar. Vid. ad 7, 512. 345. feniceam. 351. est

torrere m. 355. Non ait eff. 361. et quo loca. 362. concino praedae. 363. reliquit.

365. verba precantia. 369. densatur. 371. regis.

377. reliquit. 380. rumpam. Sequitur mox Laesaque et Laesa. 383. neque ait r. C.

388. I. f. sed se s. v. ille, sicut vulgo. 389. miratur. 394. Nihil novat codex. Legendum tamen puto: vestisque momorderat oram, sicut au et o, a et u passim confunduntur: nam *vestem* pro *vestis* sedulo repositum fuerit ex quo scribi coepit *aurum*. 404. Noctis Noctemque d. erebumque. 406. silvae mir. d.

407. arbor. 411. timet. 413. intactu. 415. Cepheia. 421. latos regnat. 424. sors. 425. tibris l. v. 426. Fessam et longa. 427. Illic cum, ut vulgo. Sed fortasse reponendum Illi pro Illic, de quo vidd. Donat. et interpp. ad Terentii Ad. 1, 2, 36., quo recepto etiam concursus c litterarum vitaretur.

430. exitialia. 433. looo, quem. 456. littora.

457. At V. frustra, sicut vulgo. Receptum a duumviris *magnam* friget, cum sequatur *maxima moenia*.

464. habere ullos. 465. renovetur luctus am. 467. Ilios. 469. poenam solus dejecit. 476. patriisque rursus. 481. fuisse. 484. et agmon. 486. nostra. 486. nostra, rectius, quia et de seipso loquitur. 489. Est locus in voto, sors ast ubi., bene, quod *ast* pro *autem*, quod pedestre est et numeros enervat. Legendum:

Est in vota locus; at sors ubi pessima rerum etc.

etiam voce *sors* primo pede posita, quae vulgo in thesi delitescit. De producta ob caesuram posteriore syllaba τοῦ *locus* vid. ad 2, 291. Hu-

jus licentiae ignari, opinor, haec mutarunt. 491. A. ipsa licet et quo (pro *quod*) facit. 493. parvo, recte.

494. iratam. 497. volentis quod glossatoris.

495. verbis, stimulisque res. 499. plumis quoque c. t. 502. pedis. 503. ducunt. 506. formam.

507. circumvolat. 508. dubiarum. 509. sit.

513. Pleuconiosque. 517.

Appulus has illà pastor regione fugatas
Terruit etc.

675. *dederunt*, quod sonantius aptiusque versui extremo.
678. *ioui.*
681. *baculus.*
691. *et illi.*
715. *curv. eundo.*
716. *milvius.*
736. *et tersis.*
737. *ebore ac test.*
745. *Non fing.*
754. mire *ftonti* pro *forti.*
757. *Lemniacam prolem contra.*
763. *frigoris atque.* Sed rasum.
771. *reliquit.*
774. *vult. dee.*
778. *fecere*, ut plerique omnes scripti.
779. *vigilantibus.*
783. *brevibus.*
792. *papavera* cum vetustioribus.
795. *opibus.* Mutasse hoc videntur, qui metrum laborare perperam existimarent.
809. *lenius.*
830. *habebat*, ut olim cusi.
837. *verborum* n. m.
839. *de parte.*
554. *extant*, et sic in similibus.
863. *ach.* Cf. 65.
867. *palpanda.*

Lib. III.

6. *posset.*
17. *passu.*
20. *speciosam*, ut antiquitus editi, quod minime contempendum.
29. *Et specus — densum.*
31. *aquis. ubi cont.* Vid. not.
39. *undae — reliquit.*
42. *immenso — sin. in orbes. arcus.* Vid. ad 2, 574.
48. *amplex.*
66. *sp. curv. fixum.*
67. *ferrum.*
71. *hesit.*
73. *Causa recens.*
76. *herbas.*
78. *extat.*
87. *volnus.*
88. *dabat tergo. pl.*
112. *vultus.*
121. *Vixit.*
124. *vite spac.*
130. *jussus.*
136. *homini est.*
137. *sup. tempora.*
150. *invecta:*
152. *item.*
171. *latices.*
176. *ad lucum.*
200. *Ut v. vultus et corn. v. in unda.*
205. *Aut lat. s. pudor hoc, timor* i. i.
207. *dederunt.*
213. *ferox.*
235. *Precipitata via est.*
242. *latratibus.*
260. *sanguine.*
261. *semelen.* *linguam.* Fuit hoc, opinor: *cum* l. Vid. not.

262. *Profeci.*
264. *perdam et si gemm.*
266. *est* om.
272. *penetrabit in u.* Vid. J. H. Voss. ad Lygdam. 3, 37.
278. *Ipsaque erat heroe.*
280. *opto.*
282. *iniere.*
283. *jovem*, quod sane praetulerim.
291. *deorum est.*
297. *nec ille.*
299. *vultumque.*
304. *illo est.*
311. *dignum est.*
320. *ett* om.
321. *contingit*, sed rasum, et videtur fuisse initio *continguat.*
331. *gen. venit. im.*
340. *Iurepreusa.*
341. *date temptamina sumpsit*, ut libri Ciofani.
345. *nimphe. jam tunc.*
348. *noverit.*
351. in margine, nec eâdem manu:
Nam quater ad quinos unum cephisius annos.
In ipso ordine versus non habetur.
354. *tam vasta sup.*
359. *at tamen.*
365. *postq. hoc sat.*
374. *capiunt*, ut Leidensis quoque liber.
375. *A quotiens.*
379. *Sed. ad agmina fido*
381. *atque*, solenni in codd. vett. a et u litterarum confusione.
383. *rurs. nullo.*
388. *silva.*
397. *Adduxitque.*
420. *gem.. ceu lum.*
421. *Et digitos bacho dignos. 7. ap. c.*
425. *ipse.*
426. *accendit.*
430. Q. v.. *restat. sed quod videatur in illo.*
435. *tecum.* Vid. not. Sic et olim editum.
436. *discedet.*
440. *Atque oc. petit.*
442. *Hoc quis io. Hoc τύτῳ*, me.
443. *et* om.
460. *nutu.*
463. *Iste ego sum*, ut B., et recte quidem.
467. *Ut a nostro.*
477. Q. *refugis remane*, ut B. et alii.
480. *summo vestesque duxit ab ore*, sed litterae aliquot mediae evanuerunt.
490. *tecto.*
501. *locus. d. vale. 7. inq. 7. echo.*
503. L. *mors.*
511. *vatis — achaides.*
519. *ad. quam non proc.*
520. *veniet.*
524. *Et veniet.*
530. V. *et pocerres.*
532. *Attollit.*
535. *terruerit.*
539. H. T. *et prof.*
540. *vos carior etas.*
546. *vos at.*
548. *retinete.*
557. *desist.*
562. *hic.* Fuit fortasse *haec* (hec).
567. *moderaminaque.*

583. *Meonia est patria.*
586. *hamis.*
595. *hyadas.*
598. *adduco.*
599. *immittor.* In hoc versu, qui est ultimus folii abrupta narratio, et sequuntur proximo folio 4, 159. *Nunc tegis* etc. usque ad 258. *Lucis* etc. Dein novo rursus folio incipit versus 699.
702. *ubi festus.*
707. *clamore.*
711. *est.* om Dein *cursu* pro *motu.*
713. *Mat. 7. o gem.*
714. *errravit qui.* To *qui* puncti subter notatum.
721. *quis — precantis.*

Lib. IV.

10. T. *et calathos.*
17. *juventa est.*
31. *Placatus mttisque.*
48. *altis.*
53. *Hoc pl. hec quon.*
57. *habuere.*
Rursus abscissum folium, in quo perscripti fuerunt 63. *Conscius* etc. usque ad 159. *Nunc tegis* etc. Vid. supra ad 3, 599.
170. *referemus*, sed tertium e puncto not. et superscr. a.
187. To q. in *atque* aliâ m. et alio atramento additum, ut videatur ante fuisse *at.* Non improbem *ast.* Deinde *optat.*
193. *colorque.*
203. *ipse.*
213. *prisco — belo.*
224. *loquendi.*
229. *fusi.*
231. *speciem.*
242. *def. quo posses.* Recte, nisi quod *possis* servandum est.
243. *Nec jam tu.*
248. *temptat.*
Altero etiam folio interturbante, in quo scripti 464. *Vidit* etc. usque ad 565. *Conditor* etc. novo folio continentur 259. *Tabuit* etc. usque ad 361. *Denique* etc.
280. *fiton.*
283. *commilace.*
320. *Et sic.*
325. *longeque beatior illa.*
328. *Si nulla.*
330. *quiscit*, cum puncto sub c. litt. *et* om.
331. *arb. malis.*
336. D. *aut fug.*
337. *tradam.*
341. *ut vac.* (corr. *vacuus*) *et inobs.*
346. *stupuit.*
356. V. *et meus.*
Post v. 361. tria folia abscissa sunt, et proxime sequitur versus 668. *Aethiopum* etc.
678. *junguntur.*
690. *et una.*
690. *Aethereas*, ut B.
727. *pun.*
731. *extat.*
740. *nuda*, probante N. Heinsio.
748. *ex* i. *ut erant.*

749. *cor.*
752. *Diis*, ut fere codd.
756. *Andromeden.*
759. *et ubique liqueque.* Sed corr. *lireque.*
762. *pulcroque.*
763. *Cepheni.*
765. *cult. genusque loc.*
775. *sollerti.*
781. corr. *quem.*
783. *colubras.*
790. in marg. est, legiturque *Ex num.* p. q. c. *una scor.*, quod non deterius vulgato.
791. i — *tas.*

Lib. V.

10. *praerapte.*
18. *ponti*, quod et Quintilianus habet.
19. *Exsatianda.*
20. *nisi tu crud.*
27. *per quem non orba senectus.*
40. *Calcitrat.*
48. in marg.: *undis.*
51. *tiriam clamidem*, ut cod. Ciofani.
59. in ras. *fedatos.*
72. *ad illum*, quod placet.
76. *late tellus*, ut B.
79. *astoriden.*
80. *admoto.*
83. *Infligitque.*
88. *extructos.*
93. *abstraor.*
98. *percutit.*
104. *Decutit.*
110. *Anphicus.*
111. *jampetide*, (quo confirmari videtur, quod reponendum putabamus, *Lampetade*, cui Lampetes pater fuerit), n. h. a. *ad usus.*
114. ut B.
115. *irridens.*
121. *inmisit.*
127. *de poste.*
133. *[illegible]ctor.*
145. *d[illegible]io quoque patre cr.*
156. *perfudit.*
199. silet, ut plerique omnes libri.
210. Pravus corrector dedit *tunc.*
212. *vocatum.*
216. *rem. tua* m.
217. *ea est tolle.* Ferrem *quaec. est.*
224. *ais.*
225. *est* om.
231. *convert.*
232. *Tum.*
258. *His mihi — factum.*
261. *nostra est.*
271. *artemque.*
279. *vultu.*
284. in ras. *introivimus.*
286. *repercusso*, ut B. et alii quidam libri.
290. *eodem.*
291. *summo* c. *terris.*
314. *silvis.*
329. *in tauro.*
345. *digna dea certe est d.*
348. *Sidereas.*
363. *Depositoque metu.*
368. *mundi.*
370. *num. terrae.*
374. *minuuntur.*
385. *altis.*
386. *pergusa non* etc.
389. *ignes.*
390. *varios.*

394. *sup. puellas*, sed in marg.: ab al. m.: *legendo*.
396. *properatus*.
402. *vocando*.
404. *rubigine*.
410. *Quo quoit*.
411. *est* om.
414. *deam*. Vid. not.
424. *in medio*.
427. *lacrimis*.
440. *Illam non udis*.
442. *Flammiferas*.
444. *ubi*.
445. *occasus — ad hortus*.
459. *paventem*.
476. *vest. nate*.
482. *Sparsa*.
494. *ortus*.
522. *si iam m. f. non est*.
546. *amic. in alis*, eleganter.
576. *Flum. Alphei*.
585. *St. limpha*.
588. *Conspicuas ad imum*. corr. *umum*.
598. *propriori in margine fontis*.
605 et 606. inverso ordine exhibentur, et 606. leg. *urgere*.
614. *procedere*.
619. *diana*.
631. L. *ulla* p.
632. *Obcupat*.
636. *latices*.
648. *europam — terram*.
649. *scitieasque*.
652. *dicit*.
654. *aer*.
660. *jussit*.
665. *facerent*.
668. *qua*.

Lib. VI.

1. *aures*.
26. *falsos*.
34. *reliquit*.
41. *ead. est sent*.
53. *constituunt*.
59. *festinat*.
66. *Tr. ille*.
81. *Edere*.
93. *Pinxit*.
102. *operisque*.
107. *recondere*.
109. *ledam*.
113. *ignis*.
119. S. *e. te* s. *equum crinata*, sed a m. 2.
140. *Sparsit — tincte*.
141. *cum quis — aures*. Recte quidem.
142. ut B., nisi quod *est* om.
149. *tenebat*.
154. *quamvis haec*.
174. *gen. mea*.
180. *adverti*, quod exquisitius veriusque vulgato *advertb*.
182. *dea*.
185. Plane ut B.
191. *duorum*.
192. *haec est*.
200. L. *turba. qu. distabat ab orba*.
201. *Ite satis propere sacris. laur. cap*.
202. ut B., qui codex quo ordine dispositos habet vv. 199 — 203., eodem et hic leguntur.
212. *decidat*. Castigatorum puta.
215. *querela est*.
222. *succo*.

223. *auro gravidas et mod.*
233. *diducit.*
234. F. *tamen dantem.*
236. *pectore.*
237, 243, 252, 374, 403, 4, 433, ut B.
251. *ruppit.*
254. *At tamen int.*
256. *nodosus — poplex.*
279. *tollens.*
282. *satura.* Versus transverso calamo notatus. In marg.: *Dum pars nostra jacet. et dum per vulnera* (ex quo factum *funera*) *septem*, sed versus uncinis inclusus, tanquam spurius.
286. D. *et sonuit.*
289. *rogos.*
294. *spir. ibat.*
305. *vivum.*
311. *ibi.*
312. *lacrimis.*
313. *cuncti.*
318. *Non imp.*
325. *lacu.*
528. *Fav. mihi m. dixi.*
330. *Indigenaene* (sed corr.) — *retulit.*
332. *reg. conjunx.*
333. *Orbem int. quamvis.*
338. in litura: J. *senu portare suos* d. n. n. Minime male. Sensit et N. Heinsius.
349. *aquas.*
357. *undis.*
363. N. s. *est.*
370. *esse* s. *undis.*
387. *direpta.*
401. *exemplis.*
423. in lit. *cecropios.*
425. *Vicerat.*
441. *visendam.*
448. I. *infausto.*
494. *illis.*
468. *illa.*
485. *erat*, recte.
490. *ab illa.*
493. *remorante.*
496. inculcat. post 498.
497. *Ut.*
499. *pat. ut tuearis.*
506. in ras. *Et fidei p. dextras utrasque.*
511. *At simul.*
514. E. *et vix an. sua.*
516. *aduncis.*
517. *ab alto.*
533. *I. p. o dir.*
538. T. g. c. *hostis mihi* d. p.
540. *Eripias. utin.*
547. *Saxa movebo.*
555. 618. 690-692, 701, ut B.
574. *doloris.*
576. *candida.*
579. *illa.*
582. *Fortuneque.*
597. *E. heu oheque.*
600. *menia* sed inter lin. scriptum: l. *limina.*
604. *sororis.*
611. *hoc.*
614. *cremabo.*
617. *Abstulerant* F. *capiam.*
635. a. m. 1. *Degenera ha scel.* Vid. notam ad h. l.
640. *Et mater mater clam.*
650. *Ipse sedens.*
652. *accersite*, more veterum librorum.

4. *Argento.*
5. *Materiam s. op.* n. *mulcifer.*
11. *videtur.*
19. *Q. simul ac feton climeneia limine.*
21. P. *ad p. vertit* v. v.
22. *Constitit hicque procul.*
24. *claro* l. *smaragdo.*
30. *canis irsuta capillis.* Scires Italicum.
36. Ordo ut in B.
45. *promissi,* minime male, Burmanno quoque judice.
57. *cont. possit.*
64. *Enituntur.*
65. *michi,* ut saepe ch, pro h infert, more codicum vetustiorum, praesertim in Suevia et circumjacentibus regionibus descriptorum. Cf. 863.
66. *Sit,* sed F. adscriptum primo versu, et quidem separatim, ut fit in libro: nam litterae versuum initiales spatio trium litterarum a ceteris sejunctae.
76. *urb. deorum,* ut B. et alii.
99. *penas.*
104. *premit,* quod non de nihilo esse mihi videtur.
112. *nitida.*
116. *Tum pater.*
126. *his* et *parentis.*
133. *sit,* quod et Mitscherl. merito suo restituit. Vide nos supra ad h. l.
139. *ad axem.*
141. *Que tibimet melius.*
142. *loqor.*
155. *Flammigeris.*
159. *scindunt.*
168. *Quadrupedes.*
179. *patentes,* ut plures meliorum.
189. *fatum.*
218. *Et tum.*
220. *A. et imm. — ethna.*
252. *celebrabant.*
259. *tibrim.*
268. *natant,* quod N. Heinsio placebat.
271. *ignes.*
273. *contractosque.*
275. *igniferos,* sed *rò ig* in ras.
278. *sacraque.*
284. l. o. *tantum volitant s. o. f.*
289. *vobis quoque t. m.*
294. *utrimque.*
302. *poterat.*
307. *nubes latis.* Vid. infra ad 8,742.
310. *nec tunc celo* d.
314. *Consternuntur.*
326. *signant quoque* c. s.
329. a m. 1.: *At pater,* sed *At* punctis notatum, et superscr. *iam.*
340. N. m. *eliades lugent et.*
341. *cesis pectore palmis,* per hypallagen.
347. *terra.*
350. *lacerare.*
356. *trahit.*
359. *abrumpit.*
366. *spectanda.*
374. *a pectore longe.*
376. *velat.*
382. q. *con def. orbe.*
386. *piget me.*

399. *dolens.*
405. *Aspicit.*
412. *cui fib.*
414. *Ut modo.*
419. *Exuit huic.*
445. *pariter* om. In margine est *secum.*
449. *Est cunjuncta dee, nec* etc.
454. *venatu*, sed rasum.
471. *hoc etiam rest.*
473. *meique jovis*, quod efficacius.
474. *Non imp.* f. a. t. *namque fig.*
476. D. *et arreptam prensis.*
482. *precantia.*
489. *siluis.*
494. *conseptos* a. m. 1., sed corr.
497. *quinque forens* n. a.
505. *Arguit*, et ita saepius erratum in hoc vocabulo.
506. S. *et pariter rapt.*
508. Pessimus corrector fecit *Intimuit*, quod Gebhardis relinquamus.
513. *hic.*
514. *Mentior.*
519. *prosum.*
520. O *ego.*
521. *Essem.* An voluit: *Esset homo vet.?*
524. *quod in ante.*
525. *non expulsa* ducit, et sequ. v. *Collocat*, quod fortius.
527. *tangit cont. al.*, meliore numero.
532. *ethera.*
550. *nec.*
556. *et legem d.*, quo magis etiam confirmatur nostra emendatio.
560. *deducit* et *intus.*
561. *apporreptumque.*
567. *Me petit ipsa licet hoc a pall.* et supersc. *quidem* post *ipsa.*
574. *precandao*, ut vitiosis emendata vel ad latus vel inter versus adscribere potius quam prava sibi visa delere solent librarii, ne lituris codd. foedentur. Quem morem ejus nationis attigi in notâ ad Senecae Herc. fur. extrem. Simile VII, 37. *precandoq* cum puncto sub o litterâ, a et hujus libri 582. cod. *ut illa*, cum descriptor vellet *at illa.* Cf. III, 42; IX, 686; X, 59.
589. *si dero*, sed in d. litt. nescio quid aliud scriptum, et superne u, ut legatur *vero*, vel *duro.*
595. *aere.*
600. *amantis.*
603. *capit.*
607. *pun. perfudit.*
611. *est* om.
612. *Penitet et sere*, ut miseri solent *ei, eu, et.* Vid. ad 8, 506.
620. *Vidit.*
621. *Tunc*, ut et 670. III, 72.
632. *consistere*, quae verba saepius miscentur in codd.
639. *Edidicisse — monebat.*

Hinc *Thyesteae epulae* ap. Minuc. Fel. vide et Cic. Tusc. 4. 18. *Stravere.* perdiderunt. *ultimae.* quibus nullae fuerint graviores. 19. *Stetere.* fuerunt. (Videtur dictum esse pro *extiterc*, et sic etiam aliis in locis, simplici usurpato pro composito, ut passim.) 20. *imprimeretque* etc. Solebant Romani urbibus, quas delebant, aratrum inducere. Modestinus in Digest. de usufructu: *Si usufructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago.* Sen. de Clem. 1.: *Caedibus in exitia gentium serpere, et injicere tectis ignem, et arutrum vetustis urbibus inducere.* vide et Jerem. 26, 18, Mich. 3, 12. 21. *exercitus insolens.* victoria ferox 22. *mentem.* iram. 24 *Fervor.* ira.

25. *Misit furentem.* impulit commotum. *nunc ego* etc. Nunc studio triste et acerbum et iracundum ingenium mitigare.

Lenit albescens animos capillus

27. *recantatis.* refutatis, revocatis, ut vulgo loquuntur. 28. *animumque reddas.* fac ut ad me redeam. Terent. Andr. 2, 1, 33. (secundum vulgatos quidem libros): *Reddidisti animum.*

Od. 1, 17. *Ad Tyndaridem.* Invitat eam, ut ad se veniat in suum praedium Sabinum. 1. Faunus saepe ex Lycaeo monte Arcadiae venit in Lucretilem, qui est mons in Sabinis. Sic et Virg.:

Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

(h. e. permutat. Vid. Heindorf. ad Sat 2, 7, 110.) 3. *defendit.* propulsat nimium calorem et pluvios ventos a capellis. Similiter Sat. 1, 3, 14.: *et toga, quae defendere frigus, Quamvis crassa, queat.* Caes. 1. Gall.: *et quod non bellum intulerit, sed defenderit.* Cic. 3. de Off.: *Si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis, cum potest, injuste agit* etc. 7. *olentis.* foede olentis. Virg.:

Allia serpyllumque herbas contundit olentes.

Hircum olere. uxores. caprae. 8. *virides.* veneni plenas. *colubras.* Sic Virg. Lucret. 9. *Martiales.* Lupi apud Romanos Marti erant sacri, apud Graecos Apollini. Virg.: *Martius a stabulis rapuit lupus.* Ms. meus: *oediliae. Haedulia, ae,* dixerunt, et *haedile, is.* Sunt septa haedorum. *Hoedilia* fervi

11, 393; c et g mixta, ad 6, 281; 8, 721; 10, 225; 11, 37; c et l, ad 10, 262; c et qu, ad 13, 272. c pro s, et contra, litteris praesertim majusculis scriptum, turbat, ad 4, 376; 7, 343, 764; 8, 233, 721. *d et ci* et cl mixta, ad 6, 463; 12, 114; et l inter se commutatorum insigne exemplum 15, 104; d et t mixta, ad 3, 261; 8, 233. *e pro a* perperam exaratum, ad 11, 644; pro ae, ad 2, 437, 527; e et i similia in Mss., ad 6, 201; 9, 686; 10, 225; e frequentius in fine vocabulorum vitatur, ad 2, 279; e et in confusa, ad 3, 150; 7, 856; e et o, ad 2, 250; 4, 1. *f ph et p* mixta, ad 4, 398; f et s, ad 15, 647; et v, ad 6, 282; 12, 114. *g. vid. c. h perperam* nunc additum (vid. nota ad 6, 201), nunc omissum in codd., ad 2, 275; 7, 397. *i vel j et f* mixta, ad 20, 596; i et l litterae vicinae in scriptis, ad 3, 393; i et t permutata, ad 7, 306; et u, ad 7, 518; 9, 215; 10, 225. *l et t* confusa, ad 15, 515. Cf. b. *m frequentius* inprimis ingratum, ad 13, 462; m n p t confusa, ad 3, 99; 10, 203; 13, 676. m et s litterae finales mixtae, ad 2, 585. *n et p* alterum pro altero male nonnunquam scriptum, ad 7, 525; n et r saepius confusa, ad 2, 275; n et u mixta, ad 2, 501. *o. vid. e.* o et au mixta, ad 14, 304. *p. vid. b f* m et n. *ph.* vid. f. *qu.* vid. c. *r et s* confusa, ad 3, 398. Cf. n. et t. *s. vid.* o m et r. *t et r* similia, ad 9, 569. *u sive v.* vid. b f i et n. Cf. *syllabae* etc.

Livius emendatus ad 3, 29, 393 not.; 6, 201 not.; 7, 820.

medium lacus, ad 6, 325.
metamorphoses singillatim descriptae, ad 8, 611.
mi pro mihi ante consonas, ad 13, 503.
mota forma: mutata, 8, 731.

nec, non, nunc confusa, ad 3, 308; 6, 17.
neque enim non suo loco positum, ut videtur, ad 2, 301; 9, 55.
nescio quis per contemtum 1, 461.
nisi si: nisi forte, 5, 615.
nulla pars votorum, ad 9, 759.
Numam pro *animam* male exaratum 15, 485.
nunc pro tunc, ad 3, 629; 12, 244.

o. In o Latinis exeuntia nomina, quae in ων Graecis, ad 6, 112.
Octavia trag. emendata ad 2, 301; 6, 5 not.; 6, 201 not. 9, 141. not.; 12, 79. not.; 13, 676 not., 794; 14, 241 not. Vid. etiam ad 6, 465. not. et ad 9, 686.
olim, aliquando, ad 10, 596.
omnia et *optima* confusa, ad 15, 235.
ὁμοιοτέλευτα, ubicunque fieri potest, fugienda, ad 4, 61; 7, 263; 13, 378.
orationes χαρακτηριστικοί, ad 13, 835.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon argumentum metricum pag. Ejus operis non emendati ab auctore indicia, ad 8, 402; 13, 407 etc. Ovidius δραματικός, ad 6, 281; 8, 611; Marone negligentior in versibus faciendis, ad 4,

583. *Meonia est patria.*
586. *hamis.*
595. *hyadas.*
598. *adduco.*
599. *immittor.* In hoc versu, qui est ultimus folii abrupta narratio, et sequuntur proximo folio 4, 159. *Nunc tegis* etc. usque ad 258. *Lucis* etc. Dein novo rursus folio incipit versus 699.
702. *ubi festus.*
707. *clamore.*
711. *est.* om Dein *cursu* pro *motu.*
713. *Mat. 7. o gem.*
714. *erravit qui.* To *qui* puncti subter notatum.
721. *quis — precantis.*

Lib. IV.

10. T. *et calathos.*
17. *juventa est.*
31. *Placatus mttisque.*
48. *altis.*
53. *Hoc pl. hec quon.*
57. *habuere.*
Rursus abscissum folium, in quo perscripti fuerunt 63. *Conscius* etc. usque ad 159. *Nunc tegis* etc. Vid. supra ad 3, 599.
170. *referemus*, sed tertium e puncto not. et supersc. a.
187. To q. in *atque* alia m. et alio atramento additum, ut videatur ante fuisse *at.* Non improbem *ast.* Deinde *optat.*
193. *colorque.*
203. *ipse.*
213. *prisco — belo.*
224. *loquendi.*
229. *fusi.*
231. *speciem.*
242. *def. quo posses.* Recte, nisi quod *possis* servandum est.
243. *Nec jam tu.*
248. *temptat.*
Altero etiam folio interturbante, in quo scripti 464. *Vidit* etc. usque ad 565. *Conditor* etc. novo folio continentur 259. *Tabuit* etc. usque ad 361. *Denique* etc.
280. *fiton.*
283. *commilace.*
320. *Et sic.*
325. *longeque beatior illa.*
328. *Si nulla.*
330. *quiscit*, cum puncto sub c. litt. *et* om.
331. *arb. malis.*
336. D. *aut fug.*
337. *tradam.*
341. *ut vac.* (corr. *vacuus*) *et inobs.*
346. *stupuit.*
356. V. *et meus.*
Post v. 361. tria folia abscissa sunt, et proxime sequitur versus 668. *Aethiopum* etc.
678. *junguntur.*
690. *et una.*
690. *Aethereas*, ut B.
727. *pun.*
731. *extat.*
740. *nuda*, probante N. Heinsio.
748. *ex i. ut erant.*

Fest. in *sagmina*. Od. 4, 11, 6 : *ara castis cincta* (sic, fort. secundum Graevii Ms.) *verbenis*. Terent. Andr. 4, 3, 11. Proprie verbena est gramen ex ara seu ex arce (Capitolii) cum sua terra evulsum. vid. Plin. 22, 2.

15. *patera*. vasculo libatorio. Saepe conspicitur in nummis. 16. *lenior*. magis tum propitia erit Venus.

Od. 1, 20, 1. *Vile Sabinum*. In Sabinis nascebatur vinum vile. (velut Bituricum et, quod soli novisse dicuntur Sabini et Laurentes, Vinaciolum. Plin. 14, 2. 3. illud ignobilibus uvarum generibus annumerat. (cf. Cruq.)

2. *Cantharus* poculi genus, quo usus est Bacchus. Plin. 33, 11. (Laudatus locus in nota ad Epist. 1, 5, 23.) Virg. (eclog 6, 17.):

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Graeca testa. Samino dolio, quod erat fictile. Hinc *testa* pro *dolio*. Vid. Diog. Laërt. in Diogene Cyn. 3. *levi*. Oblevi, et cera aut pice obsignavi, impresso signo et anno, quo fuit conditum, et nomine consulum. Quando. aperiebantur amphorae, dicebantur *relini*, quod Horat 3, 8, 10. vocat *amphorae pice adstrictum corticem dimovere. datus in theatro* etc. restituta valetudine. 5. *paterni fluminis*. Tusci Tiberis.

9. Apud te bibitur vinum Caecubum et Calenum. *Caecubum* est vinum natum in agro prope Caecubum, Campaniae oppidum, de quo et Martial. 13, 112.:

Caecuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

vid. Plin. 14, 6. *Cales* est urbs Latii sita ad viam Latinam, quae etiam dicitur *Calenum*, hodie *Calvi*. Ibi vina praestantissima nascebantur. *domitam*, pressam. 10. *nea* etc. Nec ego ministrare possum vinum Falernum, quod nascebatur in montibus Campaniae, qui Falerni et Massici dicebantur. Inde Falernum et Massicum idem est vinum. Philarg. ad Virg. 2. Georg. 143. (*Bacchi Massicus humor*): *vinum*, inquit, *a montibus Falernis, qui et Massici*. Colum. 3.: *Neque dubium est, Massici Surrentinique et Albani utque Caecubi agri vites omnium, quae terra sustinet, nobilitate vini principes esse.*

11. *Formiae* municipium Latii inter Cajetam et Minturnas.

Od. 1, 21, 2. *Intonsum*. Graecis est ἀπερσεπόμης, qui

nunquam tondetur. Sic semper Apollo et Bacchus fingebantur comati. Tibull. (I, 5, 37. edit. Voss.):

Solis aeterna est Baccho Phoeboque juventas,
Et (sic) *decet intonsus crinis utrumque deum*

Cynthius Apollo dicitur a monte Deli Cyntho, in quo natus est. Virg. eclog. 6, 3.:

Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit.

5. *laetum fluviis* etc. quae delectatur fluviis et montium silvis, in quibus venatur. *Nemorum coma* sunt frondes et folia.

6. Siv esit in Algido, Latii monte, qui est ad viam Appiam.

7. *Nigris.* umbrosis. Virg.: *sub ilice nigra.* *Erymanthus* Arcadiae mons, ut Cragus Lyciae. 12. *Fraterna lyra.* quam invenit Mercurius, et Apollini dedit pro caduceo. 13. *lacrimosum.* luctuosum. (Homer. δακρυόεις πόλεμος. Lamb. et Wagn. in Horat. ex Graecis illustrato.) Virg.:

Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum.

Od. 1, 22, 7. *fabulosus.* famosus, in fabulis memoratus.

10. *et ultra* etc. longius quam statueram. 11. Porph. et meus Ms.: *curis expeditis.* Sed praefero lectionem vulgatam. *Expeditus* est curis solutus. 3, 24, 7: *non animum metu expedies.* Terent. Phorm.: *cura se expedivit.* Cic. ad Attic.: *molestia expedire.* 13. *militaris,* bellicosa, quae multos fert milites. 14. *Daunia.* pars Apuliae circa montem Garganum, nunc monte di S. Angelo. *latis esculetis.* in magnis silvis. 17. Pone me zona frigida poli Arctici. *pigris.* perpetuo frigore adstrictis. Lucret. 5.:

Tandem bruma nives adfert pigrumque rigorem.

quod alii poëtae *frigus iners, ignavum,* vocant. Virg. 1. Georg. 210.: *serite hordea campis*
Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.

19. *Quod latus mundi.* quam terram. *malusque Jupiter.* h. e. aër; grave coelum. 21. Pone in zona torrida inhabitabili. (ut olim quidem falso putarunt.) 23. *Dulce* suaviter.

Od. 1, 23, 1. *hinnuleo.* pullo cervino. 3. *non sine* etc. qui percellitur metu, simulac aurae vel frondium susurrum au-

VARIETAS POTIOR LECTIONIS IN METAMORPHOSEON CODICE MS., QUI HEIDELBERGAE SERVATUR IN BIBLIOTHECA ACADEMICA.

Cum in eo sit doctissimus A. J. *Paulssenius*, ut ἀπόγραφον hoc Metamorphoseon satis antiquum, quod numeratur in illa bibliotheca 1661., ea diligentia, quam probavit nuper in Anthologia graeca Palatina, descriptum det in Apparatu critico Vratislaviensi: nos id tantum monebimus, membranaceum esse, et, ut nunc quidem habet (nam et medio nonnulla desunt, et in fine lacerum est), 116. foliis formae secundae (4. oblong.) contineri; referendum autem esse ad seculum duodecimum p. Ch. n.; id quod cum ex tota indole scripturae minutae intelligitur, tum inprimis duorum i conjunctorum apices longos intuenti, et m litterae, praesertim in initiis finibusque vocabulorum, formam, et τῶν e et ę usum promiscuum, signumque ÷ pro *est* usurpatum, et τοῦ *et* compendium, etiam in mediis verbis frequentissime adhibitum (vid. Mabill. de re diplom. lib. 1. c. 11. §. 19.), dubium esse nemini potest. Ceterum a duobus tribusve satis negligenter scriptus liber est, ut in quo rasum sit saepissime, et liturae interdum reperiantur, iidemque versus bis perscripti librariorum oscitantiam ostendant. Plurium, qui olim Heidelbergae fuerunt, codicum Ovidii Mss. (nam nunc is ibi unicus) alterum vocant

artibus. 2. *protervis.* violentis. Sic *protervus Africus* Epod. 16, 22. Virg. 1. Aen. 536. *procacibus austris.* (quos *furentes* dixit 51.) 3. *Ventis tradere* est ex animo delere, quae passi sumus. Ovid.:

Cunctane ad aequoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?

5. *Tiridates* fuit rex Parthorum, quem in Phraatis, e regno propter crudelitatem pulsi, locum creaverant. Sed Phraates collecto exercitu Scytharum rediit in regnum. Unde Tiridates fuga ad Augustum sibi consuluit. vid. Justin. 42, 5. 6. *integris.* incorruptis, nondum ab ullo haustis, puris. 7. *apricos.* in apricis vallibus natos. Ovid.:

Annus in apricis maturat collibus uvas.

Aut *vere* natos, ut vetus meus Scholiastes ineditus. *Ver* enim est *apricum.* Sic *loci apricitas* ap. Justinum 36, 3, ubi sol est temperatus. 9. Pimpla fuit fons Thraciae et alius Boeotiae, Musis sacri; unde Musae *Pimpleae*, *Pimpleïdes* et *Pimpleïades* dictae. *nil sine* etc. Nisi tu mihi adspiraveris, nil mea carmina, quibus celebrabo Lamiam, proderunt. 10. *fidibus novis.* novo cantu. 11. *Lesbio plectro.* carmine lyrico, quale fecit Alcaeus. *Plectrum* instrumentum, quo feriunt fides citharae. *sacrare.* consecrare, immortalem reddere.

Od. 1, 27, 1. *Natis.* Qui facti sunt ad laetitiam excitandam. 2. *tollite* etc. Vino moderate sumto a rixis abstinete. Nolite vino tam immodice uti, ut instar Thracum rixemini et pugnetis. *Verecundus Bacchus* est modestus. Contra Epod. 11, 13.:

Simul calentis *inverecundus deus*
Fervidiore mero arcana promorat loco,

i. e. immoderatus vini usus coëgerat loqui, quae tacenda erant. *Prohibere Bacchum rixis* est inter potandum a rixis abstinere, a compotationibus arcere rixas. Cic. pro lege Manil.: *Erit igitur humanitatis vestrae tantum civium Rom. numerum calamitate prohibere.* 5. Magnum est discrimen inter convivia et lucernas, ad quas noctu Genio indulgetur, et arma seu pugnas. 7. Nolite tantopere clamare, ut solent ebrii. *Lenire* nonnunquam est minuere. Virg. 1. Aen. 450.:

Hoc primum in luco nova res oblata timorem
Leniit.

Ita *lenire curas* etc. 8. Placide accumbite. Veteres cum coenarent, jacebant capite leviter erecto, et cervice reclinata in laevum cubitum. 2. Sat. 4, 38. *et quibus assit*

Languidus in cubitum jam se conviva reponet.

9. *severi.* austeri, fortis. 2. Sat. 4, 24.:

Aufidius forti miscebat mella Falerno.

vid. Plin. 24, 6. Nolebat Hor. alia conditione bibere, quam si convivae dixissent nomina suarum amicarum.

10. *Opuntiae.* Opus Locrorum urbs. 11. *beatus.* ille frater Megillae. *Beati* dicebantur divites errore vulgi. (Imo *beatus pereat* oxymorum est, neque cogitandum de divitiis Ovid.:

Et percussori plaudit amica suo.)

quo — sagitta. quam amet. 13. *Cessat voluntas?* non vis dicere? 14. *Mercede.* Conditione. *quae te* etc. quamcunque puellam amas, ejus non est quod te pudeat, quia semper amas honeste natam. 17. *Peccare* dicuntur, qui amant. 18. *Depone tutis auribus.* Committe homini non revelaturo amorem tuum. 19. Quam avaram amas mulierem! Charybdis mare vorticosum in freto Siculo, omnia absorbens. Hinc ita dicitur mulier seu scortum inexplebilis aviditatis. 20. *flamma.* amore.

21. *solvere.* liberare amore tam infelici. Sicut *vinciri* et *devinciri* dicuntur magico carmine impediti ad aliquid faciendum, sic et *solvi.* 23. Vix ipse Bellerophon, vectus Pegaso, si veniat, liberare te poterit hoc monstro, hoc pessimo scorto, quod comparat Chimaerae. Bellerophon, ope Minervae insidens Pelago, in Lyciam cum venisset, fertur Chimaeram interfecisse. Chimaera dictus etiam mons Lyciae.

Od. 1, 28, 1. Te continet et coërcet paululum pulveris in littore Matini, montis Apuliae. (*Te*, animam tuam sive umbram, quam detinet in eo littore non data tibi adhuc particula arenae. Cf. 23, 36. Palinurus ap. Virg. Aen 6, 365 seqq.:

Eripe me his, invicte, malis: *aut tu mihi terram*
Injice, ——
Aut tu, si qua via est, ——
Da dextram misero, et tecum me tolle per undas:
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, coepit cum talia vates:
Unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
Eumenidum aspicies, ripamve injussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando.)

2. *Mensorem.* qui arenam metiebaris, cum viveres. (h. e. qui difficillimas rationes conficere solebas. *Geometram* dicit Schol. Cruq.; sed is est *terrae* mensor.) Archytas fuit Pythagoreus, amicus Platonis. 5. *Aërias t. d.*, coelum peragrasse. (animo.) 6. *Percurrisse.* Cognosse

7. *Pelopis genitor.* Tantalus & *Tithonus*, Laomedontis regis Trojanorum filius, quem amavit Aurora et avexit. Dicitur autem longa aetate in auras evanuisse. Cf. 2, 16, 30.

9. *Et Jovis arcanis Minos admissus.* Διὸς ὀαριστὴς (Odyss. 19, 179.), qui familiariter cum Jove colloquebatur. vid. Platon. dialog., qui inscriptus Minos.

10. *Panthoïden.* Pythagoras jactabat, se tempore belli Trojani fuisse Euphorbum, Panthoï filium, qui fuit a Menelao occisus, sed cujus anima post multa secula migrarit in Pythagoram. Dicit ergo, Pythagoram iterum esse mortuum.

11. *quamvis* etc. quamvis detraxerit clypeum Euphorbi templo Junonis Argivae, quo testabatur se tempore Trojano usum esse, qui tum fuerit Euphorbus. vid. Ovid 15. Metam.

12 *nihil.* etc. nil mori nisi corpus. 14. *non — verique.* Rerum naturalium et moralium investigator insignis. *Veritas* est ethica, quia veram rationem vitae, virtutem, praecipit.

15 *una.* omnibus communis. 17. Alios Furiae, quae bella concitant, reddunt jucundum spectaculum Marti, qui caedibus delectatur, h. e, in proeliis pereunt. 19. *densentur.* frequentantur. *nullum* etc. Proserpina nullius parcit capiti. Veteris Graeci et Romani credebant, Proserpinam illorum ca-

pitibus crinem detondere, qui mox essent morituri. Virg. 4. Aen. 698.:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, nigroque caput damnaverat Orco.

vid. ibi Serv. et h. l. Torrent. 21. *Orionis.* quo oriente solent tempestates moveri. Hinc Virg. Aen I, 535: *nimbosus Orion.* Orion est sidus quindecim stellarum prope Taurum. Dicitur fuisse Hyriei filius, a Jove in astra translatus. *Devexus* est in devexa coeli parte constitutus. Virg. 1. Georg. 240:

Mundus ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
Consurgit, premitur Libyae devexus in austros.

Aut *devexi*, h. e. occidentis. Sic et 3, 27, 18.: *Pronus Orion.* 22. in Illyrico mari periit naufragio. 23. Tu nauta injice aliquid arenae meo corpori. Veteres in via cum viderent inhumatum corpus, in illud injiciebant aliquid pulveris, donec totum obrueretur. Quintil. Declam. 6. p. 83. vocat *collatitiam sepulturam.* 26. *Fluct. Hesper.* Mari Italico. Id dicitur Hesperium ab Hesperia, i. e. Italia. vid. Serv. ad Aen. 530. Venusium est oppidum Apuliae Peucetiae (sed obsoletum id nomen: Plin. H. N. 3, 11.), patria Horatii. Omnem vim tempestatis avertat in Apuliam.

28. *aequo.* placato, propitio. 29. *Tarenti.* Neptuno sacra illa urbs et in ejus tutela fuit, quia a Neptuni filio Tarante erat condita. 30. *Negligis.* Non veremis. 31. *fraudem.* noxam. *Fors et* etc. Fortasse et tu ipse plectéris, et tibi non solventur justa. Jacebis inhumatus, et superbus viator tibi vicem reddet. 33. *precibus n. l. i.* Meae imprecationes non erunt inultae, non impune illas feres. 34. Nullum erit sacrificium, nulla placatio, quibus possis hanc culpam et hoc crimen expiare. *Piaculum* est sacrificium, quo expiantur crimina, *victima piacularis.*

Od. 1, 29, 1. ITI. est familia Itia Romae. Nunc inhias Arabum thesauris et opulentiae, quam tibi velis vindicatam. Intelligit Arabiae felicis opes. (Cruq.: Anno U. C. 729. Aelius Gallus, ait Dio, primus Romanorum in Arabiam felicem exercitum parum secunda fortuna adduxit.) 3. *Sabaeae.* regionis beatae Arabiae. Poëta: *mittunt tua thura Sabaei.* 5. *Nectis.*

Paras catenis onerare. Irridet hominis ingenium, qui, tanquam jam vicisset, sibi praemia et triumphum animo spondebat. *Quae tibi* etc. Jam praemia victoriae animo agitas. 7. quis erit puer ad cyathum deliciis diffluens et uncto capite? Cf. 4, 9. 9. *Sericas* hic est Parthicas: nam Parthi erant famosi arte sagittas jaculandi et arcu pugnandi. Contra *Parthus* pro *Sericus* ap. Propert. 4. eleg. 5.:

Murreaque in Parthis pocula cocta focis.

Atqui murrea pocula non in Parthia, sed in Serica coquebantur. Sunt nostra porcellanea. Parthia pro Serica, quae est Sina, ponitur, et vicissim, quia merces Sericae per Parthiam ferebantur in Asiam et Europam.

10. *arduis* etc. posse redire ad suos fontes.

14. *Panaetius* fuit celeber philosophus Stoïcus, quem Cic. in libris de Officiis est imitatus. *Socraticam et domum.* h. e. familiae sive sectae Socraticae libros. *Domus* saepe pro secta. Senec. epist. 29.: *Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripathetici, Academici, Stoïci, Cynici.* De Socraticis vide quae notavi ad Cic. 1. de Off.

Od. 1, 30, 2. *Sperne.* Relinque. Flor. 1, 1.: *Lavinium patris Aeneae contemserat.* 5. *Fervidus.* Cupido, qui fervorem amoris affert. 6. *Gratiae* sunt filiae Bacchi et Veneris, aut, ut alii volunt, Jovis et Eurynomes.

7. *Juventas.* Hebe. 8. *Mercurius* propter eloquentiam, qua utuntur amantes.

Od. 1, 31, 1. *dedicatum.* in templo, quod Augustus in palatio ei dedicavit. 2. *novum.* non est mustum, sed vinum, quod hac occasione fundit. 3. *Non* etc. Non pingues agros. *Seges* est ager consitus. Virg. 1. Georg.: *Quid faciat laetas segetes*, i. e. foecundet agrum. vid. ibi Serv. et Fest. in *seges.* Virg.:

Nec Cereri opportuna seges, nec commoda Baccho.

Sic Graeci λήϊον. vid. me ad Hesiod. (ad Scut. Herc. 288., Hesiod. Lectt. c. 19. pag. 609. edit. Lips. a. 1778.)

5. In Calabria multa sunt pascua, unde greges tempore dierum canicularium mittebantur in Lucaniam. vid. Torrent.

7. Non beatae Campaniae rura. 8. *Mordet.* adluit. *taci-*

Tiburnus amnis. lenissime fluens. 9. *Premere falce Calena vitem* est putare vites Calenas. 11. *exsiccet.* potet. *Cululli* teste Porph. *proprie* sunt calices fictiles, quibus utebantur Pontifices virginesque Vestales, urceoli. 12. *reparata,* parata, emta mercibus Asiaticis, aromatibus. 13. Felix, cui dii sunt propitii. 14. *Atlant.*, Hispanicum. 15. leg. *pascant*: nam dicit nunc, quid poscat. Da modo mihi semper frui olivis, tenui apparatu, victu, μαλάχῃ. 16. *leves, salubres corpori* Epod. 2, 58.

18. *Latoë,* Apollo, Latonae fili, *integra* etc. ut sana mens mihi constet. 19. *nec turpem s. d.*, in paupertate vivere. 20. *nec cith. car.*, nec optimarum artium studiis carentem, sed quam in iis transigam.

Od. I, 32, 1. *Poscimus.* (ita correxit Graev.) quaeso, precor. *vacui.* otiosi. *sub umbra* in secessu. 2. *Lusimus.* cecinimus. Virg. eclog. 1, 10.:

Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.

5. Quod barbiton modulis primus instruxit Alcaeus. De barbito ad I, 32. *Modulari* est modulis temperare. Hic passive accipitur. Sic alibi (A. P. 263.) noster *immodulata poëmata,* non recte suis modulis distincta. 6. Qui quamvis manu strenuus esset miles, tamen, sive in castris pedestri militia, sive mari bello gesto, sive in aliquo portu, non desiit carmina scribere. Alcaeus, princeps Lyricorum, unde carmen Alcaïcum, fuit vir fortis, et domi contra tyrannos, foris contra Athenienses, bella gessit. vide 2, 13, 26 seqq. Herod. lib. 5, Strab. lib. 13. Quintil. 10, 1, 10. *Semper haerentem.* perpetuum ejus comitem filium. (I, 2, 34.) (II. Vid. Tan. Faber ad Anacreont. 28, 7. Cf. A. P. 37.)

13. *dapibus.* conviviis. 14. *testudo,* vid. ad I, 32. *laborum.* curarum. 15. *mihi* etc. fave mihi, quocunque tempore opem tuam imploraro ad meas curas sopiendas. *cunque* est *quandocunque,* ut vet. interp. 16. *Rite.* legitime. *vocanti.* Vocare pro Invocare, ut ap. Virg.: *O nunquam frustrata vocatus Hasta meos.* (Cf. 3, 22, 3. etc.)

Od. I, 33, 2. *Immitis.* durae, crudelis. *miserabiles,* qui cantantur ad misericordiam commovendam. Cic. 14. ad Att. 10.:

lamen infelicium et miserorum, qui sperant semper, melius futurum. *rara.* quae a paucis colitur. *Fidelitas alba stola* vestita est ad ejus puritatem significandam. *Velari* est indui, *velamen* habitus, vestis. Virg. Aen. I, 292.: *Cana Fides.* (vid. ibi Serv.) 22. *comitem abnegat.* sc. se tibi; nec recusat te comitari, quomodocunque te geras, et ex secunda fias adversa, cultu laeto mutato in lugubrem. Cum deseris, quos fovisti: viri tamen boni eos non deserunt.

25. Homines infidi, qui emolumenti tantum spe amicitiam coluerunt, deserunt afflictos, qui bona amiserunt. *Donec eris felix* etc. 26. *Cadus* est vas vinarium, decem congios continens; congius sex capit sextarios. 28. Dolosi in ferenda pariter cum amicis adversa fortuna et calamitate. Is autem est dolosus, qui se simulat amicum, cum res alicujus florent, deserit autem eum, cum in calamitatem incidit.

29. Expeditionem moliebatur in Britanniam post victoriam Actiacam Augustus; sed Arimini ei obvii fuerunt legati Britannorum de pace. Itaque in fidem eos recepit, teste Dione.

30. *juvenum.* militum. 31. *Examen* etc. Exercitus, Asiae sive Orienti et mari Indico timendus. 33. (Miro commento Cruq. edidit: *Heü cicatricum*, cum *Heu cicat.* inveniesst in suis codd., ut etiam alibi legitur: nam quod ipsum *Heü* extare in illis dicit, nugatur, sed ruenti versui sic ipse succurrebat, cum scribendum esset *Heu heu.*) Quid nos ferreo hoc seculo ausi non sumus, et in nos admisimus et passi sumus? 35. *nefasti.* scelesti. Nec sacris nec profanis pepercimus. 36. *unde.* a quibus. 38. Utinam gladios bello civili hebetatos refingas, ut illo utamur adversus Massagetas.

39. *Diffingere* ferrum est in novam formam recudere, amissa priore. 3, 29, 46.: neque

Diffinget infectumque reddet etc.

h. e. immutabit.

Od. I, 36, 1. *fidibus.* carminibus, cantu. 2. *debito.* quem vovi. 4. *Hesperia.* Hispania. (rediens ex bello Cantabrico, per quinquennium gesto ab anno U. C. 726, sive ante Chr. 24., de quo bello vide Suet. Octav. 21, Flor. 4, 12 etc.) 6. *divisit.* Cf. I, 15, 15. 8. Memores, se sub eodem magistro pueri-

tiam transegisse. *Rex pueritiae* est rector puerorum, παιδώναξ Graecis. 9. *togae.* praetextae in puram. 10. Ne careat ista dies vino Cretico optimo. (Ita et Harduin.; sed hodie quidem vinum Creticum et usitatum et in pretio est, olim non fuit; neque recte dici videtur *nota Cressa* pro *nota vini Cretici.* Vidd. Dacer. Bentl. San.) 2, 3, 6.:

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Sat. 1, 10, 24.: *ut Chio nota si commista Falerni est.* Sententia igitur est: parandae hoc die sunt epulae, in quibus prometur vinum optimum. 11. Nec parcendum est amphorae depromtae, sed bibendum largius.

12. Saliemus quoque instar Saliorum. 13. *multi meri.* bibacem. Cic.: *non multi cibi.* Dum poculis certatur, Damalis bibacissima puella ne vincat Bassum largissimis haustibus, quales sunt Thracum. 14. *Amystis* est Thracicum bibendi genus, cum uno spiritu plenum poculum grande siccant.

16. *vivax.* quod diu viret, petroselinum. Erat inter convivales herbas, ex quibus coronas faciebant. 2, 7, 24; 4, 11, 3.

17. *putres.* amore et ebrietate languentes. 19. *adultero.* amasio, galant. 20. hederis tenacius illum amplectetur. Epod. 15:

Arctius atque hedera procera adstringitur ilex
Lentis adhaerens brachiis.

Od. 1, 37, 1. *libero*: quia nunc soluti sumus metu servitutis, quam Romae minabantur Antonius et Cleopatra. 2. *nunc Saliaribus* etc. Nunc in templo Jovis instruere convivium magnificum, ut solebant facere in supplicationibus, re bene gesta. Id dicebatur *lectisternium.* Cic. 3. Catil.: *Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est.* 3. *pulvinar.* lectus, qui in sacris aedibus sternebatur diis. 4. *Sal. dapibus.* epulis lautissimis et apparatissimis, quales erant Saliorum. Qui autem illa convivia curabant sacerdotes, dicebantur Epulones. 7. *dementes.* a demente regina cogitatas. 8. *Funus.* 8, 14.: *sub lacrimosa Trojae funera.* 9. Cum eunuchis, spadonibus. *Spadones* proprie sunt, qui ob morbum aut frigiditatem liberis

operam dare non possunt; *Castrati*, quibus execti sunt testes; *Thlibiae*, quibus a matre aut nutrice sunt fracti; *Eunuchus* generale nomen est, et tam exectisquam non exectis tribuitur. 10. quae audebat quidlibet improbum sperare. 11. *fortunaque* etc. quae fortunae secundae indulgentia nimis insolens erat, petulanterque et proterve multa egit, ut solent vino ebrii. Sic et Philippum dixit Demosthenes rerum gestarum magnitudine ebrium. vid. Muret. V. L. 5, 16. 12. *minuit*. compressit. 14. Ebriam vino Mareotico, et insanientem. *Lymphati* proprie, quibus Nymphae insaniam objecerunt, ut *Cerriti*, quibus Ceres. *Marea* est civitas et palus prope Alexandriam, ubi vina haec nascebantur. 16. *voluntem*. fugientem. 17. *adurgens*. persequens, ut vivam caperet Cleopatram, monstrosam illam foeminam (*Fatale monstrum* 21.), quae nata erat ad perdendos, quos suis illecebris irretierat, ut fere perdidit Jul. Caesarem, et postea Antonium. 20. *Haemoniae*. Thessaliae. Plin. 4. H. N. 7. 21. *generosius*. generosa morte. 23. *nec latentes* etc. nec se contulit in oras remotas et avias classe celeri, ut ibi lateret. Part. hypallage: nec classem seu naves latentibus in oris, seu portibus interioribus sui regni, celeriter reparavit. 25. *jacentem*. victam, quae in potestatem hostium venerat. Carm. secul.: *jacentem lenis in hostem*. Propert.:

Sub quorum titulis Africa tonsa jaces.

Martial. 8, 83.:

I, liber, ad Geticum Peucen Istrumque jacentem.

Sic leg. Vulgo *tacentem*, inepte. 27. *serpentes*. aspides. 29. Fortior animosiorque, cum constituisset mori. 30. *Invidens* hanc gloriam navibus bellicis Rom., ut privata illis veheretur in Italiam ad superbum triumphum; aut *detrectans*, *nolens* se illuc avehi: nam *invidere* sic quoque accipitur. *Liburnae* seu *Liburnicae* sunt naves bellicae. (Epod. 1, 1.) vide Victor. V. L. 10, 11. et not. meas ad Flor. 2, 6.

Od. 1, 38, 1. Persica convivia apparatissima, de quibus vid. Athen. 4. et Esther. cap. 1. et 2. 2. nec curo pretiosas illas coronas, quas philyrae (quae proprie sunt tiliae) ornant. Liber erat seu cortex interior arboris, quem apte norant a

reliquo cortice separare, et in partes minores secare, quas vocabant. philyras, ad ornandas coronas, uti illa ornamenta, quae ex lana erant, vocabantur lemnisci, taeniae. vide Plin. 16, 14. et Politian. Misc. 72. 3. *Mitte.* Noli. 4. *Sera.* quae alieno tempore floret, et propterea est magni pretii. Senec. epist. 23.: *Non vivunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rosam, fomentoque aquarum calentium et colorum apta imitatione bruma lilium, florem vernum, exprimunt?* 5. *Simplici.* unguentis non delibuto, sicut Persae solebant roseas coronas unguentis perfundere. 2, 7, 23.: — quis *udo*

Deproperare *apio* coronas
Curatve myrto?

7. *arta*, non magna et spatiosa, quales sunt divitum.

Od. 2, 1. *C. Asinius Pollio* fuit vir insignis et rebus gestis, utpote qui Dalmatas vicit (a. U. 714, ante Christ. 36.), et ingenii monumentis. Scripsit contra Ciceronem et Sallustium. Livium accusavit Patavinitatis. Scripsit etiam tragoedias, et historiam de bello civili. vid. Torrent. (Cf. Clav. Cic. Inscriptio carminis in vet. Ms., quem laudant Turneb. et Torr.: *Ad Asin. Pollionem, virum consularem, ut intermissis tragoediis belli civilis historiam describat.* Cf. not. ad 9.) 1. Loquitur de Q. Metello Celere, qui Consul fuit cum L. Afranio a. U. C. 644. (ante Chr. 56.) Flor. 4, 2.: *Non prius quievere, quam in Urbe ipsa, medio Senatu, eorum, qui victi erant, odia victoris sese caede satiarent. Causa tantae calamitatis eadem, quae omnium, nimia felicitas: siquidem Q. Metello, L. Afranio Coss., cum Romana majestas toto orbe polleret, receptaque victorias, Ponticos et Armenios triumphos in Pompejanis theatris Roma cantaret, nimia Pompeji potentia apud otiosos, ut solet, cives movit invidiam* etc. *Motum civicum.* bellum civile. 2. *vitia.* Urbis. *modos.* rationem, quam tenuerunt aut tuendi suam dignitatem, aut augendi.

3. *Ludumque Fortunae.* vicissitudines rerum. *graves que pramie.* noxias reip. Triumvirorum societates.

5. Nondum expiata sunt arma civili sanguine madentia,

h. e. nondum pax deorum impetrata est propter caedem civium et scelera, quae commissa sunt in bello civili. Ita simpliciter expone. Quae de armilustrio affert Dacer., ad quod putat respici, sunt arguta magis quam vera. *Expiare cruores* est caedes sacrificio facto et precibus expiare diis placatis, sive deos propitiare propter caedes.

6. rem plenam periculi et incerto exitu. 7. *et incedis* etc. suscipis opus, quod potest te perdere, ut perdidit Cremutium. Suet. Tiber. 61. Belgae: een saecke, dar ghy u licht kont brennen. 9. Jam tempus non permittit scribere tragoedias; mox, ubi consulatu functus fueris, scribes illas stilo Attico, quali usi sunt Sophocles et Euripides. (Consulatus, quem gessit Pollio a. U. C. 714, post Caesarem interfectum sexto, intelligi vix potest propterea, quod consul vicit Dalmatas, de quibus triumphum egisse dicitur in seqq. Ergo post ejus consulatum scripta videtur ode, *rerumque publicarum ordinatio* vel intelligenda scriptio belli civilis, ut censet Lamb., vel, quod placet Cruquio, sed minus, ut opinor, recte, officium praefecti Urbi, quod consularis gessit, Augusto volente, Pollio.) 12. *Cothurnus* erat crepidarum genus rubrum, cujus lora ad tibiam usque pertinebant, eamque tegebant. Virg.:

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Sandalia digitos pedum haud includebant. Cothurnus tragoedia. Virg. 8. eclog. 10.:

Sola Sophocléo tua carmina digna cothurno.

13. sequ. Qui reos defendis, et censes in senatu. 15. Pollio Salona urbe Dalmatiae capta triumphavit. (vide not. ad 9.)

17. Videor jam audire classici et tubae strepitum, cum tuam historiam lego. Poëtae facere dicuntur, quae scribunt.

22. qui fortiter pugnant pro patria. Cf. 1, 6, 14; 15, 20. *Non indecoro*, h. e. glorioso.

24. *atrocem*. invictum, et qui flecti non potest. Cic. 1. de Off. 31. (Etiam Schol. Cruq.: *constantem*, et ipse Cruq.: ἄτρωτον, ἀνίκητον. Vide nos in notis ad Feae edit. Od. 1, 3, 27.) 25. Dii dicebantur cedere regnis et urbibus, quae ab hostibus subigebantur. Virg. de Troja: *Excessere omnes adytis*

dii. Juno imprimis colebatur a Carthaginiensibus. Virg. 1. Aen. princ.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unum
Posthabita coluisse Samo.

Dicebatur Urania, Astarte. vid. Tertull. Apolog. *amicior*. quisquis favebat Afris. 16. *impotens*. irata, quae irae non poterat moderari. (Imo: *nihil potens*, imbecillis. Vid. Serv. ap. Fabrum in Thesaur. erud. schol. v. Impotens.) Impune passi erant, Romanos subigere Carthaginem. 27. *victorum — Jugurthae*. nepotes victorum Carthaginis retulit ad Jugurtham *inferias*, ut inferiae essent. Just. 14, 4.: *Has vobis diras atque inferias dico*. Flor. 2, 6.: *quasi has inferias sibi ultimae Saguntinorum dirae in illo publico parricidio incendioque, mandassent*, h. e. quasi Jugurthini deos precati essent, ut sic se ulciscerentur. Victores solebant ad rogos imperatorum mortuorum caedere victos hostes, aut jubere, ut se ipsi jugularent, quae erant inferiae seu victimae, quae placandis eorum Manibus mactabantur. 30. *impia*. civilia. 31. *auditumque — ruinae?* Clades Romanorum audiverunt etiam Parthi. 34. quod mare Italiae caedes non infecerunt sanguine? Auctor rhet. ad Herenn.: *Si tumore aut livore decoloratum est corpus mortui*: 37. *relictis jocis*. quae cantas convivia et amores. *procax*. impudens. 38. ne decantes gravi carmine fata tristia Romanorum, more Simonidis, cujus patria fuit Ceos, insula maris Aegaei. *Munera Ceae neniae* sunt carmina Simonidis, qui descripsit versibus proelium navale Xerxis contra Graecos, et alia carmina composuit lugubria; unde Catull.:

Moestius lacrimis Simonideis.

Nenia quamvis cantilenam significat, praesertim eam, quae laudes continet, etiam vivi. 3, 28, ult.:

Dicetur merita nox quoque nenia

de carmine convivali. Epod. 17, 29. *Marsa nenia* est carmen magicum incantatoris. Epist. 1, 1, 62. *puerorum nenia* significat carmen, quod pueri canebant familiariter. Deinde sic imprimis dicuntur cantiones praeficarum alioramque in fune-

ribus virorum insignium. Graecis γηρία. 39. *Dionaeo.* Veneri sacro, ubi cantem carmina amatoria. Quod quidam putant, hic eum blandiri Augusto, qui a Venere voluerit videri genus traxisse, unde Virg.:

Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,

est quidem argutum et ingeniosum, sed minus verum et simplex. 40. *modos.* versus, cantus. 3, 3. ult.:

Magna modis tenuare parvis.

Cf. 6, 5 seqq. etc.

Od. 2, 2, 1. Argentum sub terra reconditum non splendet, i. e. nemo admiratur divitias, nisi moderate iis utamur. Epist. 1, 4, 7.:

Cui dii divitias dederunt artemque fruendi.

2. *inimice* etc. qui odisti laminas defossas in terra, h. e. nimiam pecuniae custodiam et avaritiam. 4. *extento aevo* producta aetate vitae. Virg.: *famam extendere factis.*

7. Vehet ejus nomen Fama ad posteros. *metuente solvi* est locutio poëtica, h. e. quae non potest solvi. Virg. 1. Georg. 246.:

Arctos Oceani nictuentes aequore tingi.

h. e. nunquam occidentes. 3, 11, 10. *metuitque tangi*, h. e. nolens tangi. Qui aliquid metuunt, id fugiunt. 9. Latioris regni fines possidebis, ditiorque eris, cupiditatem divitiarum nimiam reprimendo. *Regnare* dicuntur, qui beate vivunt et sine curis. Epist. 1, 10, 8.:

Quid quaeris? vivo et regno, simul ista reliqui.

Phaedr.: *Regnare nolo, liber ut non sim mihi.*

11. *uterque.* Asiaticus (Phoenices) et Africanus. 13. Hydrops ingravescit in dies, si aeger sibi indulserit, h. e. non temperaverit a potu. 15. *Fugerit.* Depulsus fuerit. *albo.* pallado.

17. *Redditum solio.* restitutum in regnum, qui erat expulsus. (Vid. not. ad 1, 26, 5.) 18. Dissidens et discrepans a plebis stolida opinione philosophia, magistra virtutis. *numero b. ex.*, felicem non existimat, non inter beatos numerat.

21. *Vocibus.* Verbis, cum reges et divites felices vocat. *vre-*

gnum etc. Illum regem vocat, et regnum possidere dicit, in quem nihil juris est fortunae, qui fortunae injuriis non est obnoxius. 23. Quisquis non reflectit et retorquet oculos ad pecuniam, ejusque conspectu non movetur, ut illi invideat, qui eas possidet. Contra est *obliquus oculus*. Epist. 1, 14, 37.:

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat.

Od. 2, 3. Dellius est historicus, cujus meminerunt Dio, Plut., Seneca. 1. In rebus adversis et asperis esto aequo animo. Ne nimis perturberis rebus adversis, Plaut.: *Bonus animus in re mala juvat.* 2. *non secus.* etc. Non insolescendum rebus secundis; nimia et effusa laetitia in rebus secundis est moderanda. 5. Seu tristitia tabescas.

6. *in remoto gramine.* in secessu. 7. *reclinatum.* recubantem. 8. Falerno melioris notae, et propterea recondito in interiore cella, intima cellae parte. Seu te invitaveris *flore Liberi patris sub tegmine fagi.* 9. *alba.* cujus folia interiora albi aliquid prae se ferunt, *populo nigrae* opposita. 10. quae ita junctae sunt, ut umbram amoenam rami praebeant, ut sint instar tecti hospitalis, ut te benevole obumbrent. 11. (Cruq. cum sic ediderit secundum codd. suos, punctis et lituris h. l. deturpatos, *Ramis.* *Quid?* *obl.* etc., Graev. fecit: *qua obl.* etc., ut Lamb.) Ubi aqua celeriter defluens obliquo rivo decurrit, et grato murmure nos oblectat. 15. Dum vivis, et vitae fila nondum abrumpunt Parcae. *res*, occasio. *aetas*, virens.

16. *atra*, quia Parcae sunt Noctis filiae apud Inferos, ubi sunt merae tenebrae. Poetae fingunt, Parcas colo nere fila vitae humanae duplici lana, alba et nigra, quae misceant: quoniam vita hominum est mixta laetis et tristibus. Cui multa adversa contingunt, illius fila esse plura nigriora; qui sunt feliciores, illorum esse plura candida; et quando vita finiatur, tum Parcas abrumpere filum nigrum. (Haec unde habeat vir doctus, nescio, nisi forte a Mancinello. Quidquid ad mortem et Inferos pertinet, *atrum* seu *nigrum* vocari a poëtis, notum est, unde sequitur, totas telas Parcarum recte vocari atras.) 19. *exstructis.* congestis. 21. Etsi sis nobilissimus.

23. *sub dio.* sine teste. Ms.: *divo.* 24. Caederis Plutoni im-

placabili, h. e. paullo post moriéris. 25. *eodem.* ad eundem locum. *omnium.* etc. Poëtae tradunt, Parcis apud Inferos esse urnam, in qua cujuslibet hominis sors sit reposita, quae urna cum moveatur, cujus nomen excidat, ei esse moriendum. 28. *cymbae.* Charontis, h. e. mittet nos ad Inferos, unde nunquam dabitur nobis redire in has terras.

Od. 2, 4, 1. Qui ancillas amabant, vocacabantur ancillarioli. Mart. 12, 58.:

Ancillariolum tua te vocat uxor; at ipsa,
Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

2. *insolentem.* superbum, ferocem. 3. *Briseïs.* Verum ejus nomen fuit Hippodamia. Briseïs est filia Brisei, sacerdotis Apollinis in urbe Pedaso. 6. *Tecmessae,* filiae reguli cujusdam Phrygiae, quae fuit in Ajacis Telamonii contubernio, et ex qua genuit Eurysacem.

7. media in victoria. 8. *Virgine.* Cassandra, quam Ajax Oilei rapuit e templo Minervae, et quae post in divisione praedae cessit Agamemnoni. 9. *Barbarae.* Phrygiae. Epist. 1, 2, 7.:

Graecia Barbariae lento collisa duello.

10. *Thessalo victore.* Achille, *et ademtus* etc. cum Hectoris mors causa esset, ut Troja facilius caperetur a Graecis, tot annorum bello fessis. *ademtus.* occisus. 13. Occurrit Hor. objectioni: Hae omnes ancillae fuerunt captae Regum et nobilium virorum filiae. Dubitare, inquit, possis, an te non honestent parentes Phyllidia, annon sint nobiliores. 15. Illa moerens queritur, regia prosapia se ortam, et penates, quorum tutela utebatur, passos esse, se in servitutem redigi.

17. *de scelesta plebe,* h. e. vili, abjecta, infelici propter pravos mores, quibus plebs solet esse inquinata. *Scelestus* est infelix. Plaut. Mostell. 3, 1.:

Scelestiorem ego annum argento foenori
Nunquam ullum vidi.

Sic et *Sceleratus, Scelerata porta,* per quam 300 Fabii exierunt, *scelerata castra* ap. Tac., *sceleratum frigus* Virg. 2. Georg. 256., h. e. immane, valde molestum, *scelerata carmina* ap. Mart.

3, 53. 21. *teretes.* longas et rotundas. 21. *Integer.* nullo amore ejus corruptus. *fuge.* noli. 23. *trepidavit.* celeriter currens implere festinavit. Censores dicebantur *condere lustrum*, cum id finirent.

Od. 2, 5. Allegoria de juvenca, quae nondum par est ferendo jugo, ut ducendo aratro pares ceteris vices sustineat. Conjugium dictum videtur, quod idem veluti jugum subeant vir et marita. Plaut. in Curc. de puella: *Jamne fert jugum?*

1. *subactu.* domita et sub jugum missa. 2. *munia.* labores et onera ex aequo sustinere. *comparis*, socii, conjugis. 5. Puellae enim solent flores legere, ut Proserpina, cum raperetur a Plutone. 7. *Solantis.* levantis. Sic *solari laborem. udo.* aquoso.

8. *Ludere.* vitulari, lascivire, saltare cum ejusdem aetatis puellis. 9. *Praegestientis.* Cic. pro Coel.: *Praegestit animus jam videre. Tolle* etc. Noli desiderare uvam immaturam. Virg.: *Sunt nobis mitia poma.* 10. *Lividos.* qui jam maturescentes nigrescere incipiunt. 13. *ferox.* aversa a viris et venere. 14. *demserit.* senescens. 14. *Apponet.* addet. Quantum aetas tua decreseet, tantum illius accreseet. 15. *proterva.* inverecunda.

19. *pura.* nubibus non offusam, sereno coelo. 22. *sagaces.* callidos. 23. *Discrimen.* difficilis cognitu differentia.

24. *ambig. voltu.* qui aegre potest cognosci, sitne puer an puellae. Ovid. (Met. 8, 322.):

Talis erat cultu facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.

Od. 2, 6, 2. *juga nostra.* nostrum imperium, qui nondum est subactus. Hor. meditabatur iter in Hispaniam cum Augusto ad bellum Cantabricum, quod gesit a. U. 727. (vid. ad Od. 1, 36, 4.)

3. *Mauro unda.* mare Libycum. 4. *Aestuat.* reciproco aestu agitatur. Aestus est accessus et recessus maris. 5. *positum.* conditum a Graeco seu Argivo, Tiburno, qui cum suis fratribus Catillo et Coràce ibi urbem posuit. 9. Si per Parcas minus propitias mihi non licuerit Tibure habitare. 10. *Galesus* est fluv. agri Tarentini. Flumen Galesi, ut flumen Rheni. Ibi erant oves, quae mollissimam et praestantissimam lanam ferebant. vid. Varr. 2. R. R. 2. *pellitis.* lanatis. 12. *Phalantho.*

vid. Justin. 15. Decedere est locum superiori et honoratiori dare. 2. Epist. 2, 213.:

Vivere si recte nescis, decede peritis.

Ubi mella non cedunt melli Attico, et olivae non sunt deteriores Venafranis. 16. *Venafrum* est urbs Campaniae, ubi praestantissimum oleum conficiebatur. Hic *Venafrum* est *Venafranum*. Sic *Iona* pro Ionia Prop. 2. eleg. 28.: *Et quot Iona tulit.* *Dorus* pro Doricus ibid. el. 21.:

Et cecinisse modis, Dore poëta, tuis.

17. Ubi est coelum mite, et moderatum frigus tempore hiemis.

18. *Aulon* est mons in agro Tarentino, ubi praestans vinum nascebatur. Mart. 13, 125.:

Nobilis et lanis et felix vitibus Aulon
Dat pretiosa tibi vellera, vina mihi.

19. *amicus fertili Baccho.* Aulon, qui est feracissimus vini boni. 22. *Arces* sunt montes. Virg. 1. Georg. 240.:

Mundus ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
Assurgit.

Ibi tu superstes me sepelies.

Od. 2, 7. Ad sodalem, qui cum Horatio fuerat in exercitu Bruti proelioque Philippico. Videtur scriptum hoc carmen, cum Brutus inducias pepigisset cum (Sexto) Pompejo. 1. *tempus in ultimum.* in extremum vitae casum et periculum. 3. Quis te restituit patriae et in pristinam fortunam, ut fruaris jure Quiritium, cum ante esses exul? 6. Cum quo saepe diei longae seu aestivae partem suaviter consumsi potando. Cf. 1, 1, 20. 8. Malobathrum est folium, quod ex India affertur, provenitque in ora Malabarorum et illis insulis, quae Maldiviae dicuntur. Vocatur ibi *Betre* et *Tamalobatra*, unde Graeci formarunt *Malobathrum*. Dicitur et folium Indicum. vide Salmas. Exerc. Plin. 754. *Syrio*, quia in Syriam ex India advehebatur, et inde in Europam, sicut omnes merces Asiaticas poëtae Syrias saepe vocant. Quamvis Plin. H. N. 12, 26. malobathron etiam arborem in Syria esse tradat, ex cujus foliis convolutis exprimatur oleum ad ung

guenta. (Sed addit: *laudatius ex India venit.*) Folia Betre non quidem sunt valde olentia, sed credibile est, Indos unguentis odoriferis illa imbuisse. (Cf. not. ad 11, 16.) 10. *relicta.* abjecto scuto. Ῥίψασπις, ut Archilochus. Ἤ τἀν, ἢ ἐπὶ τἀν. *non bene.* turpiter. 11. Cum fusae sunt copiae, et viri fortes occubuerunt. 13. sequ. *Aëre* aut *nebula* occultari a diis dicuntur, qui manus hostium effugiunt. Saepe sic Hom. Mercurio hoc tribuit, quia favet viris disertis. Inde *viri Mercuriales*, h. e. docti, 17, 29. 15. Tu rursus ivisti militatum, fort. sub Sexto Pompejo. Est petitum a mari, quod recedens nonnunquam aliquid relinquit in littore, quod post in accessu resorbet et in altum refert. *Freta aestuosa* significant mare *aestibus concitum*, ut ait Mela 3, 1. 17. *obligatum dapem.* victimam promissam ac debitam. Adipem victimarum, quam adolebant, putabant esse deorum dapem. *Reddere* est offerre diis. Proprium sacrificantium verbum. Suet. Octav. 1.: *Decretum, — quo cavebatur, ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur.* Virg. 2. Georg. 149.:

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

vid. ibi Serv. 20. *destinatis.* tibi addictis et servatis. 21. *Oblivioso.* qui curarum et aegritudinis oblivionem affert. *levia.* expolita. 22. *Ciborium* est vox Aegyptia, teste Hesych., quae proprie significat fabae Aegyptiae folium aut fructum, ad cujus similitudinem facti calices dicti sunt ciboria. vidd. Plin. 21, 15, Hadrian. Jun. Animadverss. 1, 10. *Explere* est exinanire, vel implere (ut quidem explicat Sch. Cruq.). Terent. Hec. 5, 1.: *Exle animum iis, teque hac cura expedi.* vid. Donat. 23. *conchis.* vasis, quae ex conchis faciebant, in quibus unguenta servabantur. *udo.* quia nascebatur in locis palustribus. vid. Torrent. 25. (*Venus.* Sch. Cr.: *Veneris jactus laetissimus dicebatur, qui habebat numerum ter senarium.*) *arbitrum bibendi.* magistrum convivii, symposiarchum. 27. *Edonis*, Thracibus, bibacissimis populis. 28. *furere*, bacchari, insanire (*desipere* 4, 12, ult.), saltare, ut solent ebrii Thraces.

Od. 2, 8, 1. Si unquam poenam dedisses perjurii. *Jus jurandum* est sacramentum, *jus jurare* sacramento obligari; *jus* igitur *pejurare* est negligere, quod juraveris, et *jus pejuratum*

seu *pejeratum* perjurium. 3. Respicit superstitionem veterum, qui credebant, perjuros aliqua corporis parte mutilari, ut possent cognosci. Ovid. Am. 3, 3.:

Esse deos credamne? Fidem jurata fefellit,
Et facies illi, quae fuit ante, manet.
Quam longos habuit nondum perjura capillos,
Tam longos, postquam numina laesit, habet.

5. simul ac jurasti et mala imprecata es tuo capiti (h. e. tibi), ni hoc facias, quod tamen non facis. 7. *juv.* etc. ab omnibus juvenibus spectaris cum admiratione. 9. Tibi prodest pejerare per manes matris, per sidera, per deos immortales. Virg. Aen. 11.: *coelum hoc et conscia sidera testor.* 13. Tibull.: *Perjuria ridet amantum*

Juppiter, et ventos irrita ferre jubet.

14. *Simplices.* faciles. 15. *ardentes.* incendentes. 16. quae non aqua, sed cruore perfusa est: quia immoderatus amor maturat exitium. 17. quod omnes adolescentes videntur in tui gratiam adolescere, ut ad te decurrant. 18. In dies novi amatores accedunt. 21. *juvencis.* filiis. 23. ne aura afflentur tuae venustatis, quae tardiores eos in se faciat etc. I, 5, 11.: *nescius aurae fallacis.*

Od. 2, 9. Valgius poëta fuit. Sat. 1, 10, 82. Propert.:

Valgius; aeterno propior non alter Homero.

1. *hispidos.* (ab effecta imbris). squalidos (?) propter imbres. 2. aut semper mare tempestatibus agitatur. 5. *stat.* Cf. 1, 9, 1. 7. (*Gargani.* vid. ad Epist. 2, 1, 202.) 8. *viduantur.* spoliantur. 11. *Surgente.* oriente. 12. Occidit oriente sole Hesperus. 13. qui tria secula vixit, *triseclisenex.* Ovid.: *Jam tertia vivitur aetas,* γενεὰ, quae Graecis est 30 annorum. 14. *Antil.* filium suum, qui occisus est, cum patrem Nestorem defendit. 16. *Troïlon,* Priami filium, ab Achille interfectum. *sorores.* Crëusa, Laodice, Polyxena, Cassandra. 19. *Augusti.* cum Armeniam vindicasset, quam Parthi sibi asseruerant post clades Crassi et Antonii. Suet. Oct. Fuit. is annus U. C. 733. *Niphates* mons Armeniae majoris. vid. Strabo. Est et fluv. ejusdem nominis. *rigidum.* quia vertex ejus nivibus semper te-

ctus est. 21. *Medumque flumen.* Euphraten et eum accolentes. 22. *min. volv. v.* minus tumide fluere, arrogantia quasi deposita. 23. *Gelonos*, Scythiae populum. Mel. 3, 1. Intelligit autem Scythas Asiaticos, Armeniam infestantes, quos Augustus coëgit se continere intra suae patriae angustos fines.

Od. 2, 10. Ms. meus: *Ad Murenam. Optimum esse medium vitae statum.* Quae si vera est inscriptio, fuit iste Licinius Murena, frater Proculeji et Terentiae, uxoris Maecenatis, qui Licinius post conjuravit contra Augustum cum Fannio Caepione. 1. *neque — iniquum.* Est allegoria, qua significatur, neque magna nimis appetenda, nec rursus, dum pericula timemus, in angustiis sordidae et vilis vitae agendum esse, sed mediocritatem esse tutissimam. *horrescis.* metuis. *iniquum.* inaequale propter rupes et sinus et brevia ac vada, in quibus naufragia faciunt saepius quam in alto mari. 6. caret domesticis sordibus, non vivit in domo squalida, et illuvie situque deformata.

7. neque splendore et specie aulae ducitur, quae invidiam parit. Lucret.:

Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant
Plerumque, et quae sunt aliis magis edita cunque.

8. *Sobrius.* minime ambitiosus. 9. Saepius celso loco positus et illustri gravi fortunae ictu petitur, et praeceps deturbatur. Juv.: *Tolluntur in altum, ut casu graviore ruant.* Levior est prolapsio per humiliora quam per altiora loca incedenti. 13. Non desperat in adversis rebus, metuitque in secundis, neque animum nimis tollit etc. 14. *bene praep. pectus.* animus sapientiae praeceptis instructus ac praemunitus ad omnes fortunae vicissitudines. 15. *informes.* ubi omnia horrent et squalent. 17. *Summovet.* Depellit reducto vere.

21. In adversa et humili fortuna fortem te praebe. 22. *Sap.* etc. Etiamsi ventus secundus flet, si sit vehementior, contrahenda sunt vela, ne navis evertatur. Ovid.:

Saepe perit ventis obruta cymba suis.

Translate *vela contrahere* est altius se efferentem animum reprimere, ne insolescat rebus secundis. Cic. 2. ad Att.: *Contraxi vela, perspiciens inopiam judicum, neque dixi quidquam pro*

testimonia etc. h. e. *brevior fui.* Ovid.: *Propositique memor contrahe vela tui.*

Od. 2, 11, 1. Per Scythas hic intelligit Illyrios et Dalmatas, qui ab Italis separantur mari Hadriatico. Unde patet, omnes septentrionales populos dictos esse Romanis Scythas. 2. *cogitet.* contra nos moliatur. 3. *remittas.* mittas. 4. *Trepidare* est pavere, metu concuti, horrere. Ne curis angaris, unde habeas in sumtum vitae, quae paucis contenta est. Cic. 11. ad Att. 11.: *Id quoque velim cum illa videas, ut sit, qui utamur*, h. e. unde sumtus sustineamus. Paullus ad Philipp. 4, 16. secundum antiqu. interp.: *Semel et bis in usum mihi missisti.* Pro quo Erasmus pejus: *quod opus erat.* 5. *fugit retro.* celeriter praeterit. 6. *aridâ cuticle.* senectute sicca et macilenta. 10. *rubens* hic est splendida, pulchra. Alioquin *rubor lunae* est signum venti. Virg.: *ventis semper rubet aurea Phoebe.* 11. *Aeterna consilia* sunt, quae sine intermissione capimus modo de his, modo de aliis rebus, quas sumus suscepturi. *minorem animum.* qui non par est expediendis tot negotiis, quae meditaris. 14. *temere.* sine delectu. romp slomp. 16. *nardo.* Planta Indica, cujus spica suavissimi est odoris, ut et folium quod dicitur *malobathrum.* (Vid. ad 7, 8.) *Nardus* hic accipitur, ut saepe, pro *unguento nardino*, quod vocatur etiam *unguentum spicatum*, seu *foliatum.* vide Salmas. Exerc. Plin. 746. seqq. Tale fuit unguentum, quo Christus in coena ultima est unctus. Νάρδος πιστική est genuina, vera, non adulterata. 18. *edaces.* mordaces. 19. *Restinguet.* temperabit vinum aqua praefluente; non refrigerabit, cum nulla glacies praesto sit, ut alii explicant. 21. *devium.* habitans in domo a via publica remota. 23. Ut properet venire, nec multum temporis consumat in ornando capite, sed capillum tantum liget in nodum, more Laconicarum foeminarum. Cf. Od. 3, 14, 21 sequ.

Od. 2, 12, 3. *mollibus a. c. modis.* carmine lyrico a me describi. 5. *Nimii* dicuntur arrogantes, impotentes. Tac. 3. Hist. 52.: *Erant inter duces, qui necterent moras: quippe nimius jam Antonius* etc. Sic et *Multus. mero* propter ebrietatem. 6. *Hylaeus* fuit Centaurus, occisus ab Atalanta, cum illam vellet vitiare. 7. *Telluris juvenes* (filios), Gigantes. *unde.* a qui-

bus. 8. *contremuit.* metuit, perhorruit. Sic *contremiscere injurias, vulnera, egestatem* ap. Senecam. 13. *Liciniae.* (Male sic, correxit Graev. a Cruquio editum *Lycymniae*, nec recte intelligere videtur Terentiam. vide Annotatt. nostras.) Illam tum amabat et ambiebat Maecenas, et postea duxit uxorem. Soror fuit Proculeji et Murenae, et a familia sua dicta est Terentia, sed Licinia est nomen familiae, a qua M. Terentius Varro, ejus pater, fuit adoptatus, nimirum a Murena, qui erat ex familia Licinia. 14. *lucidum fulgentes.* clarissimos.

17. quae saltavit inter puellas non indecenter. 19. *nec dare* etc. nec saltare inter virgines festo die Dianae. *Ludere* est saltare. Virg. ecl. 6.:

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres Ludere.

In saltando movebantur aeque brachia ac pedes. Ovid.:

Si vox est cantu, si mollia brachia saltu.

22. *opes.* Midae. (*Mygdon.* rex Phrygiae fuit, de quo vide Serv. ad Virg. Aen. 2, 340 etc.)

Od. 2, 13, 1. *posuit.* sevit. 3. *Produxit.* coluit. *in — pagi.* ut essetposteris exitio, et pago dedecori. 6. *Penetrale* est pars interior domus, proprie sacrarium, in quo penates colebantur. Hinc *penetralia sacra* erant, quae in intima parte sacrarii fiebant, et *penetrales dii*, teste Cic. (de N. D. 2, 27.), dicti a poëtis penates, quod penitus insideant. 8. Ille fuit nefarius, qui gravissima scelera commisit. *Colcha* etiam meus Ms. 9. *concipitur.* committitur. Sic ap. Cic. *concipere dedecus, flagitium, fraudem,* h. e. meditari, moliri. 10. *statuit.* sevit, posuit. *Instituere vineam* ap. Suet. 11. *triste.* funestum, infelix. *Caducus* proprie est proclivis, qui minatur ruinam. Hinc traducitur ad divitias, honores, valetudinem. Sed hic *caducum* est, quod cadit, ut *caducum fulmen* 3, 4, 44.

13. Nulli mortalium satis est exploratum, nemo tam caute et circumspecte vitae suae rationem subducit, quin improviso mortis genere extinguatur. 14. *in horas.* singulis momentis. 15. *Poenus.* Carthaginiensis. (Phoenix). 16. *Caeca.* occulta, ignota. 19. *improvisa*, inopinata, non expectata. 22. *Aeacum.* Filium Jovis et Aeginae, patrem Pelei et Telamonis, quem propter justitiae laudem poëtae statuunt esse ju-

dicem apud Inferos, sicut et Rhadamanthum et Minoëm. 23. *descriptus.* (ita Cruq.) Leg. *discretas*, campos Elysios, qui separati sunt ab impiorum sedibus. Cf. Epod. 16, 63.

25. *puellis.* quae amatae illam non redamabant. vid. Ovid. ap. Torrent. (et nostras Annotatt.) 26. Et tu, qui graviore carmine lyrico decantas navalia bella et caedes. Sappho ap. Ovid.:

Non plus Alcaeus consors patriaeque lyraeque
Laudis habet, quamvis grandius ille sonet.

29. *sacro.* tanquam deus aliquis verba faceret, vel eo silentio, quo res sacrae et oracula audiuntur. 31. Describit factiones et motus civiles Mitylenensium, et tyrannos Pittacum, Myrsilum, Megalagirum. Vid. ad 1, 32, 6.

32. Densum humeris, quod frequens confluxit ad audiendum Alcaeum. *bibit.* cupide audit. Prop. 3, 5:

Incipe: suspensis auribus ista bibam.

34. *bellua.* Cerberus. 36. *recreantur.* exhilarantur. 38. *laborum.* Leg. *laborem*, h. e. decipitur quoad laborem, ut dicitur *coronatus capillos* etc. *Decipere laborem*, ut *fallere laborem.* Virg. 4. Aen.: *infandum si fallere posset amorem*, h. e. quaedam oblectamenta adhibere, quibus animum ab amoris cogitatione posset avocare. Sat. 2, 7, 114.:

Jam vino quaerens, jam somno fallere curam.

40. *agitare.* venari. Poëtae fingebant, manes apud Inferos idem agere, quod egissent, cum essent in vivis. Ovid. 4. Met.:

Pars aliquas artes, antiquae imitamina vitae, Exercent.

Orion autem fuit venator.

Od. 2, 14, 2. nec vitae integritas potest retardare senectutem, aut mortem. 6. *illacrimabilem.* qui nullis lacrimis potest exorari. (Imo qui non lacrimat, ut *terribilis* est qui terret, *vincibilis* causa ap. Terent., quae facile vincat, etc.). Alioqui *illacrimabilis* (passiva significat.) dicitur is, qui non est ploratus: vid. 4, 9, 26. 8. *Geryon* fertur esse tricorpor, Chrysaoris et Callirrhoës filius. Virgilio vocatur *tergeminus.* Vere explicat fabulam Justin. 44, 4.; aliter Serv. ad 7. Aen. 662.

Tityus fuit Jovis filius, occisus ab Apolline, quia voluit violare Latonam. Nota ejus poena. Vid. Virg. 6. Aen. 695 seqq. ibique Serv. 9. *unda.* Styge. Virg. ibid. 438 sequ. 14. *rauci.* quia strepitum aut raucum quendam sonum edit. Sic Virg. *rauca fluenta*, et *murmur rivi raucum.* 16. *metuemus.* vitabimus.

17. *languido.* tardo, pigro. 18. *Cocytus* est brachium Stygis. Danai genus. vid. Od. 3, 11, 25 seqq. etc.

20. *Sisyphus* Aeoli filius, nepos Hellenis. 23. *invisas.* quibus comburebant mortuos. Virg.: *ferales cupressos.* Ejus arboris etiam ramum pangebant ante domum, in qua erat mortuus. Vid. Fest. in *cupressus.* 25. *dignior.* qui magis meretur has opes possidere, non tam avarus. (Paulo melius Sch. Cr.: *honoratior, amabilior.* Intelligendus junior, qui fortunae donis fruatur melius quam senex (3.) Postumus. Cf. Epist. 2, 2, 213 seqq., Sat. 2, 2, 132.) 26. Bibet vinum diu servatum tam effuse atque prodige, ut multum etiam vini effundatur in pavimentum. Cic. in Phil.: *personabant omnia vocibus, natabant pavimenta vino, madebant parietes.* 27. Lege cum Lamb. *superbum*, h. e. magnificum, splendidissimum. Virg. 3. Aen. princ.: *ceciditque superbum Ilium.* Si legatur *superbo*, addenda est copula. Mero, quod melius et praestabilius est illo vino, quo utuntur in epulis pontificiis, Saliaribus coenis. vid. 1, 37, 2 — 4.

Od. 2, 15, 1. Amplissimae ac sumtuosissimae villae et praetoria tantum spatium occupant terrarum, ut brevi nihil relictum fuerit agris colendis. Sallust.: *Domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas* Senec. 7. de Benef. 10.: *Aedificia privata laxitatem urbium magnarum vincentia.* 3. *Extenta.* producta *Lucrino lacu.* ad Bajas in Campania. 4. *Stagna.* piscinae. De insano piscinarum studio Luculli et Hortensii saepe Cic. ad Att. *Platanus* praefertur ulmis. Platanus sterilis tantum propter umbram serviebat voluptati. Hinc Ovidio dicitur *genialis.* Appellatur *caelebs*, quia non maritatur vitibus, ut ulmus. Hinc etiam Martiali vocatur *vidua.* Locus platanis consitus dicitur platanon (πλατανών). Plin. epist. 1, 3. etc. 6. *omnis copia narium.* florum fragrantium abundantia. 7. Suavem odorem exhalabunt in olivetis, quae prioribus possessoribus erant fructuosa, h. e. oliveta mutabuntur in

violaria, myrteta, rosaria. 12 *Auspiciis.* legibus, quae auspiciis condebantur. *Norma* est regula, ad quam prudentum hominum consilia diriguntur. 13. Patrimonium erat parvum. 14. *Commune magnum.* Resp. erat dives. Cic. pro Flacco 12. 14. Nullam habebant porticum septentrioni obversam, qua tempore aestivo ambularent, aut gestarentur. 15. *opacam.* aversam a sole, umbrosam. 17 *fortuitum.* casu oblatum. In cespite, qui offerebatur, recumbere. Aut potius casam ex forte oblatis cespitibus factam. 20. *novo saxo*, nove seu recenter caesis lapidibus.

Od. 2, 16, 1. *Otium.* ut sibi liceat otioso et tranquillo vivere. 2. Deprehensus, subito nec opino oppressus a tempestate. Mela 3, 1. 11. *Laqueata tecta* sunt domus, in quibus sunt laquearia, seu lacunaria (vide Serv. ad Virg. Aen. 1, 730. et lexica). Plin 33, 3 1. *Laquearia, quae nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio.* Virg. 1. Aen. *dependent lychni laquearibus aureis.* 13. *Vivitur.* ab eo, cui etc., qui supellectile parva, a patribus relicta, est contentus Salinum erat sacrum, et mensam sacrabat. Arnob.: *Sacras facitis mensas salinorum appositu et simulacris deorum.* Cf. Sat. 1, 3, 14. Pers. 3, 24 seqq. 15 *cupido sordidus.* avaritia. 17. *jaculamur.* quasi jaculando appetimus, desideramus 20. 1. Epist. 14.

In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

21. Conscendit turpis Cura naves rostratas. 25. *In praesens.* in praesentia. 28. *beatum.* perfectum. 30 *minuit.* conficit. 32 *Porriget.* praebebit. 33. Sive Siculus fuit Grosphus, sive habuit ibi praedia. 34. *tibi — equa.* habes equos, quibus utaris in ludis Circensibus, ubi quadrigis certabatur. *tollit hinnitum*, ut *tollere clamorem, cachinnum*, h. e. edit.

35. vestes habes purpura Gaetulica bis tinctas, quae dicebantur *dibaphi*. (Vid. Clav. Cic. h. v.) 38. *Spiritum Camoenae Graecae.* rationem canendi carmen ad imitationem Graecorum. *tenuem.* imbellem (imbecillum, *humile ingenium Graecae Musae*, ut ait Sch. Cr.), non aptum heroum factis et rebus gestis canendis. Cf. 3, 30, 10 seqq. 39. *non mendax.* quae non fallit, cujus decreta certa sunt.

Od. 2, 17, 1. *exanimas.* occidis. 2. *amicum est.* placet. 4. *columenque.* praesidium. (Cf. 1, 1. princ.) 5. Cf. 1, 3, 8. 6. *vis* major, vis divina. 7. *carus.* populo Rom. (imo: mihimet ipsi) 8. Ille dies, quo tu efferêris, ego quoque efferar. *Ducere* proprie dicitur de funebri pompa. Juv. 1, 146:

Ducitur fratis plaudendum funus amicis.

Pers 2, 14.: *Nerio jam tertia ducitur uxor.* Cf. Tac. 1. Ann 8.

9 Non ego falso juravi, ut si quid tibi accideret, ego mortis essem comes futurus. Erat apud Aegyptios amicitiae genus, quod vocabatur τῶν συναποθνησκόντων, qui hac lege amicitiae jungebantur, ut si alteri fatale quippiam accidisset, alter ultro mortis socium se adjungeret. (Hoc ex Cruquio et Erasmo in adagg.) Sic et apud Gallos Solduríi devoti. 11. *Utcunque.* Quandocunque. 12. *Carpere iter* est alacriter ire. 13. *Chimaera* ignem spirans 1, 27, ult. 14. *Gigas.* Leg. *Gyas*, dorice pro *Gyes.* Coeus, Briareus et Gyas sunt 3 filii Coeli et Terrae, quos fingunt poëtae habere 50 capita et 100 manus: quia fuerunt robustissimi. vid. Apollod. lib 1.

17 Seu Libra, seu Scorpius metuendus fuerit ortus illo tempore, quo natus sum, seu quicunque tum fuerit astrorum situs, hora mea natalitia convenit cum Maecenatis. Veteres credebant, fata et sortem hominum pendere et regi à sideribus. Circuli zodiaci, in 12 signa distincti, partem eam, quae tempore nativitatis cujusque hominis in hemisphaerium nostrum emergit, vocabant *horoscopum*, unde Astrologi futura praedicabant. Est autem Libra Veneri assignata, Scorpius Marti, Capricornus Saturno 18 *pars* etc. illa pars (Graecis μοῖρα), quae fuit in hemisphaerio illo temporis momento, quo nascebar. Nam dividebantur signa coelestia in plures partes, de quibus Manilius et alii. *violentior*, periculosior, pericula minitans. 19. *tyrannus — undae.* Manil. 4:

Tu, Capricorne, regis, quidquid sub sole cadentê
Expositum.

Locum hunc exponens Serv. ad 1. Georg.: *Saturnus*, inquit, *in Capricorno facit gravissimas pluvias, praecipue in Italia; unde Hor. ait: seu tyrannus* etc. Sed non in Italia tantum, sed

in tota occidentali plaga tempestates excitare credebatur. Vocat *tyrannum maris*, ut 1, 3, 15 *arbitrum Hadriae*.

21. Consentiunt nostra sidera, etsi sint diversa, quod tam conformia sint vitae nostrae fata, et tantus animorum consensus. Pers. 5, 45 :

Non equidem hoc dubites, amborum foedere certo
Consentire dies, et ab uno sidere duci.

22. *Jovis tutela* est Juppiter tutans, seu servator. Juppiter, quod est benignum sidus, correxit et mitigavit malignitatem Saturni, h e., quod Firmicus dixit, *Saturnum radiationibus Jovis mitigari* 23. *refulgens*. contra fulgens. *Saturnus impius*, h e crudelis, qui devoraverit suos liberos.

24. *volucrisque — alas* Mortem celerem, quae imminebat, avertit. Vet Schol.: *eventum celeris mortis distulit*. 26. *ter crepuit sonum* multum tibi plausit. Sic et Prop. 3, 10.:

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

28 *Faunus* vel quia est in comitatu Bacchi, qui est deus poëtarum, vel quia ipse ruri et in silvis habitat, quas amant poëtae; unde Virgilio dicitur *silvicola*, et socius Nympharum et Satyrorum. Cf. 1, 1, 30 sequ.

Od. 2, 18, 2. *Renidere* est *ridere*. Tac. 4. Ann. 60: *fulsum renidens vultu*. Mamertin. Paneg. Julian : *Imperator serenum renidens*. Cf. 3, 6, 12. (Epod. 2, 66.) Sed est etiam *splendere*. Sic 2, 5, 19. Lucret. 3.: *Si non argento fulget, auroque renidet*. Sic et *ridere* 4, 11, 6.: *Ridet argento domus*. 3. Excisae ex monte Atticae Hymetto.

4. Impositae non sunt marmoreis columnis ex Africa allatis Ibi enim erat pretiosissimum marmor Numidicum varii coloris. vid. Plin. 5, 3. Juven. 7, 382.: *Numidarum fulta columnis. ultima* longissime remota. 6. *heres* Aristonicus, qui se jactabat filium Eumenis, et regnum occupavit, quod Romanis Attalus legaverat, qui victus fuit a Perpenna. Flor. 3.

7. Nec mihi colo nent purpuream lanam Laconicam. (de qua Plin. 21, 8. et 35, 6., monente Cruq.) *Trahere* est *nere*. Ovid. :

Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant.

Inde *tractare lanam* Justin. 1, 3. 8. *honestae.* Puellae honesto loco natae, quae sunt in clientela Romae potentiorum. *Clienta*, ut *antistita*. Corn. Severus:

Stabat apud sacras antistita numinis aras.

10. *Benigna.* Larga, affluens. Cf. 1, 17, 15. 11. nihil praeterea peto a diis. 15 Dies diem excipit. Petron.: *Quod hodie non est, cras erit. Sic vita truditur* 16 *lunae.* menses praetereunt. 17. Tu conducis homines, qui marmor ex montibus exscindant. 20. Summoves mare jactis molibus, ut producantur littora, et aedificia in illis extruantur. Cf. 2, 15, 3; 3, 1, 33. Ad Bajas autem Romani habebant villas et voluptarias possessiones in ipso mari structas. 23 seqq. Conqueritur de hac avaritia Romanorum Sallustius Jug. 41.: *Interea parentes aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia.* Amoves vicini terminos, ut tua latifundia extendas. Erant autem termini sacri. 29. Licet splendidissimas domus exstruas, et agros agris adjungas, tanquam semper victurus, nulla tamen certior sedes est, in qua semper tibi sit degendum, quam apud Inferos, h. e. tamen es moriturus. Tibull.:

At scelerata jacet sedes in nocte profunda
Abdita

32. Quid petis, quid cupis amplius? *Aequa — pueris.* Tellus ex aequo omnes recipit et tegit. Cf. 1, 4, 13 sequ. 34. *satelles Orci.* minister Plutonis Charon. 35. Promethea. Vid. 1, 3, 27. 37. *Tantalum.* Vid 13, 37 *Tantali genus.* Atreum, Thyestem, Agamemnonem. 38. *levare.* recreare. Vocatus levare, h e. ad levandum pauperem, summis laboribus et aerumnis in hac vita defunctum.

Od. 2, 19. Scripta est in festivitate Bacchi, cui veteres tribuebant originem festorum, tragoediarum et comoediarum, unde comoedi et tragoedi dicuntur artifices Dionysiaci. Itaque poëtae erant in ejus tutela. 4 *acutas.* arrectas, attentas. Virg.: *arrectisque auribus adstant.* 5. *metu.* sacro horrore et furore. 6. 3, 25, 1.:

Quo me, Bacche, rapis tui Plenum?

h. e. furoris a Baccho immissi. Virg.: *moestoque ingens exorta tumultu Laetitia.* 8. Ne me nimium furere cogas et insanire. *Thyrsi* proprie sunt caules herbarum et plantarum; sed ita dicuntur hastae pampineae et hederaceae, quas gerebant Bacchae. 9. *Fas est mihi*, licet mihi. (poëtae, quem *dii tuentur*, cujusque *pietas et Musa iis cordi est*, ut ait I, 17, 13 sequ.)

10. Tradebant poëtae, rupem, terram, aut arborem, a Baccho percussam, effundere lac, vinum, mel. Vid Eurip. Bacch. 141. Senec. Oedip. 2. (circa finem.) 12. *iterare.* iterum atque iterum cantare. 13. conjugis. Ariadnae, quam, Minois et Pasiphaës filiam, a Theseo relictam in Dia insula Bacchus uxorem duxit, et ejus coronam astris inseruit. Vide Hygin. Astron. poët. (l. 2. cc. 5, 17.) et Lucian. in dial. *περὶ ἐκκλησίας θεῶν.* 14 Pentheus fuit Echionis filius, qui propter contemtum Bacchi numen a matre Agave et amitis Inone atque Autonoë fuit discerptus. Vid. Ovid. Met. 3, 511 seqq.

15. *non leni.* gravissima. *λιτότης.* 16. *Lycurgi* regis Edonorum in Thracia, qui cum cives suos vino nimis deditos esse videret, omnes vites voluit exscindere. Hinc ira in ipsum Bacchi. Vid. Apollod. 13.

17. *amnes.* Orontem et Hystaspem, quos dicitur percussisse thyrso et sicco pede transiisse. Mosis virga. Sinus Arabicus. *barbarum.* Indicum. 18. *separatis.* remotis. Virg.: *Bacchus amat colles.* 19 Tuae sacerdotes Bacchae capita cingunt serpentibus, tanquam coronis. Catull. Nupt. Pel. 259:

Pars sese tortis serpentibus incingebant.

Bistones sunt Thraciae populus, foeminae *Bistonides.* 20 *fraude.* noxa, damno. 22. *Gigantes* cum coelum oppugnarent, victi sunt a Baccho et Hercule. Sunt monstra filiorum Enakim de genere gigantum (Numer. 13, 24), qui victi sunt a Mose et Josua. 23. *Rhoecum.* gigantem. *leonis* — *mala.* In eo bello Bacchus mutatus fuit in leonem. (Vid. Acron.) 27. *idem* — *belli.* Eras utrique functioni idoneueus, paratus ad utrumque. Aliter *medius* est arbiter, interpres. Male *mediatorem* dicunt. 28. Bacchus dicitur descendisse ad Inferos, Ariadnen mortuam repetitum. *insons.* sine noxa, non laedens. Baccho veteres tribuunt cornua. Ovid 3. Fast. 789.:

Mite, pater, caput huc placataque cornua vertas.

Varias caussas reddunt. Festus ait, cornua Liberi patris simulacris adjici, quod nimio vino truces fiant homines. Sed caussa est, quod et Mosi tribuerint cornua, male intellecta voce hebraica *Karan*, quae significat splendere, quod tantus erat Mosis de monte Sina descendentis splendor, ut caput velare cogeretur. Ex splendore cornua stulte posteri fecerunt.

29. *atterens.* adulans cauda.

Od. 2, 20, 1. *Non usitata* etc. Quia primus Romnoarum lyrica carmina conscripsi. 2. *biformis.* de homine mutatus in avem. 4. *inv. major.* supra invidiam evectus. 6. *Sanguis.* filius.

8. Nec latebo apud Inferos. 10. *Pelles.* qualibus pedes cygnorum sunt cincti. Cygnus Apollini sacer erat.

11. *Superne.* leg. *Superna*, h. e. superiore parte corporis.

14. *gementis*, murmur edentis instar gemitus. 16. *Hyperbor.* Scythicos sub polo Aretico. 17. Dicit, famam suum nomen perlaturam esse ad omnes gentes *qui dissimul.* etc. qui metuere non vult videri copias Italicas. Marsi fortissimi (Vide nos ad 1, 2, 39.) 19. *Geloni.* Cf. 9, 23. *peritus*, doctus, quia tempore Augusti studiis operam dabant. 21. *inani* quia non sit moriturus. Sic *inanis* tumulus, in quo non est corpus, κενοτάφιον. Imitatus est Ennium, qui de se scripsit:

Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? Volito vivu' per ora virûm.

MANNHEIM,
GEDRUCKT IN DER KATHOL. BÜRGERHOSPITALS-BUCHDRUCKEREY.

OCT 23 '57 H

Lo 10.670.9
Vindiciae Ovidianae,
Widener Library
004579524
3 2044 085 248 888